12.

BAAL-APOLLO PERÆVS ET PALÆSTINVS GENTIVM ET ISRAELITARVM,

PRO

DEVTERONOMIO TOTOQVE CODICE

HEBRAICO ILLVSTRANDO,

GRÆCA APOLLINIS ORIGINE

LVCVLENTER DEMONSTRATA.

BENEFICIVM DECIMVM

IN

CL. HALLENSIVM PHILOSOPHVM,

VT JVDAICÆ IDOLOLATRIÆ

IN APOLLINE ORTVM DELPHIS

IN GRÆCIA INTVEATVR.

EX PVBLICIS

ANNO MDCCXXVI. MENSE NOV.

IN ACADEMIA JVLIA

IN DEVTERONOMIVM

DISSERTATIONIBVS

HERMANNI von der Hardt,

ACAD. JVL. SEN. ET PRÆPOS. MARIÆB.

HELMSTADII,

LITTERIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII,

ACAD. TYPOGR.

12

BAAL-APOLLO PERÆVS ET PALÆSTINVS GENTIVM ET ISRAELITARVM,

PRO

DEVTERONOMIO TOTOQVE CODICE HEBRAICO ILLVSTRANDO,

GRÆCA APOLLINIS ORIGINE

LVCVLENTER DEMONSTRATA.

BENEFICIVM DECIMVM

IN

CL. HALLENSIVM PHILOSOPHVM,

VT JVDAICÆ IDOLOLATRIÆ IN APOLLINE ORTVM DELPHIS IN GRÆCIA INTVEATVR.

EX PVBLICIS

ANNO MDCCXXVI. MENSE NOV.

IN ACADEMIA JVLIA

IN DEVTERONOMIVM

DISSERTATIONIBVS

HERMANNI von der Hardt,

ACAD. JVL. SEN. ET PRÆPOS. MARIÆB.

HELMSTADII,

LITTERIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII,

ACAD. TYPOGR.

Amuletum Chriſtianorum ineffabile,

A. 1726. *menſe Oct. in auditorio publico diſtributum.*

עו מלך חאי כמח מיו וכה נרא בקל

ומה גי הרן גלו ואב יוך הלל גרק

ושר ואא ללן הוו זרא חגל כיי ימן:

Baal Apollo in græciæ luce.

NOn potuerat comprehendere Cl. Hallenſium philoſophus, qui factum in geographia orientis, ut in *patria Abrahami* deſignanda, nomen אור כשדים *Urchasdim*, conciſius alibi in ſcriptura ſit vocatum גשור *Geſchur* & חצור *Chazor*, in proximis Palæſtinæ finibus, ſupra jordanem, ad ortum, prope Boſtra. Fidem illi facere anniſi ſumus noviſſima *diſſertatione de Peræa*, plusculis exemplis, ex media orientis topographia deſumtis, *græca originitus eſſe nomina*, & *conciſius* quidem *pronunciata*, pro arcto orientis ore. Ingens numerus acciri poteſt ejusdem generis nominum, in urbibus, regionibus, & perſonis, nec eſt niſi otii res, in re ubivis obvia. Dabimus hac vice vicina Geſchurenſi ditioni loca. Batanææ ad auſtrum proxima Gileaditis. In hac ſub Philadelphia, ad auſtrum fluvii Hieramacis ſeu Jaboc, in Gileaditide auſtrali, urbs clara *Abel ceramim*, quæ Abila & Pella exteris, breviori & contracto ſono לוחית *Luchit*. Ad occaſum illius, in eodem tractu & fundo, ad idem flumen, e regione urbis Gadaræ, ad auſtrum fluvii Jaboc, ponte ſaltem interjecto, urbs, cui nomen חמת דגדר *Chammat Gadaræ*, thermæ Gadarenæ, unde nomen Ἀμαθὼς *Amathus*, & Ἀμαθᾶ. Dicta & hæc urbs *Ramath Mizpe*, ut & *Ramoth haggilad*. Atqui hoc nomen *Ramot haggilad* conciſius a-

libi in ſcriptura audit רוגלים *Rogelim*. Sub Rogelim, ad eundem fluvium, verſus jordanem, Kamon, ſeu Camûs ſeu Machanaim; & ſub hac celebris urbs *Gennabris*, ſive *Bethennabris*, ut & *Sennabris*. Quod nomen varie mutato ſono effertur, nunc הורנים, Joſepho ὀρώναι; nunc אפרון, Εφρὼν, Joſepho; civis אפרתי Εμφραῖος, *Emphræus*, i.e. *Gennabrita*; ſimiliter אפרים i.e. *Gennabris*; vicina ſylva יער אפרים δρυμὸς ἐφρωῶνος, *ſylva Ephronis*, Gennabris, in qua extinctus Abſalom. Alio porro ſono exteris γεφρὲς, & Ῥάγαβα; Quin ulterius in ſacris *Debir*, *Lidbir*, & *Lodabar*. Ore denique conciſo ex *Bethennabris* eſt in ſacris *Bitron*. In eadem Peræa, in valle magna ſupra jordanem, urbs בית הרן in N. T. Βηθαβαρὰ. In finibus Palæſtinæ auſtralibus, ſub lacu aſphaltite, urbs חר גדגד Chor gidgad, conciſe *Jagur*. Sub Jagur, urbs *Ezjon geber* conciſe גשן *Goſchen*. Satis hac vice, pro rotundo orientis ore.

Appareant & hæc Cl. viro peregrina, qui in nullo commentario illa urbium Gileaditidis nomina offendat, nec Calmeto cognita, nec Relando, nec Cellario. Veniam dabimus fatis Viri communibus, cum ſuperior ætas hæc orientis ſtudia non attigerit. Divinæ largiemur providentiæ, academiæ Juliæ plusculum contigiſſe his annis gratiæ, ad exploranda ſepulta vetera monumenta, in geographiæ & hiſtoriæ antiquæ documentis. Non niſi invidia efferbuit, in Erasmum,

Reuch-

Reuchlinum, Philippum Melanthonem apud majores temere invecta, quando pro avitis tenebris bonarum literarum cœperunt accendere lucem, bonis autoribus ſuſcitatis ac illuſtratis. Barbaries illorum temporum non niſi ægre ferebat, humanitatis emergere ſtudia. Ronchos & rugas diſſimulabat manſuetudo. Nihilominus ab humanitatis cultu non deterriti minis, & incompoſito ſtrepitu. Agnoſcimus hodie prosperam illius ævi fortunam, & gaudemus, fruimurque bonis tunc partis. Hochſtratum cum ſociis Colonienſibus ridemus; & vel rogos Moguntiæ ſtructos, illorum miſerti, qui ſtruxerunt, ſereno intuemur vultu. Bonarum literarum in hoc philogico præſtanti campo florem, quo academia noſtra hoc ævo beatur, nullus ventus, nec auſter, nec boreas, franget, nec invidiæ marcescent impetu. Molli & benigno affectu intuemur machinas, elegantioribus his literis, ex remota antiquitate, pura & nitida, ſuſcitatis, oppoſitas; nec indignamur, ſed commiſeratione ducimur erga illos, qui intempeſtivo calore æſtuant, vel frigidi timent, utrique ſine modo. Optimæ literæ non metuunt inſidias imperitiæ, ſed cavent, & ubi ſentiunt, ac tectas vel apertas penetrant, miſerendo abire jubent. Frontem humanitas exporrigit, ſinceritatis fiducia, ſi tempeſtatem cieat imperitia. Non animum abjicit puritas, ut ſordeſcat, dum velit apud imperitos

avita immundities. Conſtat ſua integritate & hæc virtus.

Dedimus nuper *Peræam*, pro *geographiæ orientis* & *græcarum appellationum in nominibus hebraicis* clara luce demonſtranda, ut Cl. Hallenſium philoſophus, in utroque fundo, *Perææ* & *Græciæ*, oculos circumferre adſueſceret; proindeque conqueri dediſceret, de his ſolidis & apertis ſtudiis, quæ ipſi, pro illius captu, appareant *vaga*, *horrida & irregularia;* quæ, ut fuſe noviſſime & in *Peræa* dilucide illuſtravimus, *firma* ſunt & *inconcuſſa*, *peramœna & nativa*, juſtis *regulis & dialectorum rationibus* ſuffulta. Damus jam, ut ſtemus promiſſis, diſſertationem de *Apolline Peorenſi* vel *Peræo*, בַּעַל פְּעֹר, ut pervideat amplius ac plenius, quam ſit vagum & inane, ſine græcia judicare de oriente, quoad geographica æque ac linguæ indolem. Deſinet aliquando ſciſcitari anxie: *Cur, ſi orientales linguæ a græca ortæ ſunt, illarum cum hac cognatio non æque clara eſt ac vel orientalium cum hebræa, vel italicæ aliarumque cum latina?* Claram ergo ut videat & agnoſcat græcam in oriente lucem, do illi ac dedo, ex orientis peculio, בַּעַל, pro variis ſuis ſignificationibus, ex variis apertis & perſpicuis græcis originibus.

Verbum בַּעַל φιλεῖν *amorem* in genere deſignare ſed & *conjugalem*, ſuis locis, in confeſſo. 1. Chr. 4, 22. אשר בעלו למאב ὅσοιπερ ἐφίλουνΜωαβῖτιν, qui *amabant moabitin*, malebant in Moabitide habi-

habitare. Sunt & græcis duo verba pro tori usu, πλησιάζειν, *consuescere*, & φιλεῖν *amare*. Uti judæis בָּעַל generatim omnem notat consuetudinem, sive legitimam, in toro, sive illegitimam extra torum, ita & πλησιάζειν ejusdem est usus, de probis uxoribus & meretricibus. Sed & φιλεῖν græcis non tantum affectum amoris in genere denotat, sed & conjugum in specie, ipsamque consuetudinem. Tametsi hebræorum בָּעַל ab alterutro illorum facili oris motu potuerit repeti, satis distincte, Cl. tamen Philosopho arridebit φιλεῖν. Mal. 2, 11 חִלֵּל יְהוּדָה קֹדֶשׁ יְהוָה אֲשֶׁר אָהֵב וּבַעַל בַּת אֵל נֵכָר: ἐβεβήλωσεν ἰούδα ἁγιστείαν ὑπάρχοντος, ὅσηνπερ ἀγαπᾷ, ἐπὰν ἐφίλησε θυγατέρα μελεδωνῦ ἑτερογενέος: *profanavit juda religionem dei, quam amat deus*, quam injunxit per leges; quandoquidem *duxit*, juda, *filiam* (filias) *regentis* (numinis) *alieni*, ex gente idololatrica, *qualia* connubia cum populis extraneis idololatricis *judæis* erant, per religionem interdicta. In his בָּעַל φιλεῖν de connubio, amore conjugali. Deut. 24, 1. כִּי יִקַּח אִישׁ אִשָּׁה ἡνίκα καταλάβῃ ἄρσην θῆλυν, וּבְעָלָהּ καὶ φιλήσῃ αὐτὴν *quando acceperit quis feminam, & duxerit eam*. Deut. 21, 13. תָּבֹא אֵלֶיהָ וּבְעַלְתָּהּ φοίτησον πρὸς αὐτὴν καὶ φίλησον αὐτὴν, *accede ad illam & duc illam*, captivam. Pariter, de amore dei erga israëlem, in exilio velut viduam, mox ab exilio velut conjugatam, Esaiæ 54, 5. כִּי בְעָלַיִךְ עֹשַׂיִךְ יְהוָה ἦκεν, φιλήσοντες σε κτίσαντες σε, ὑ-

πάρχων σεβαστὸς ὀνόμασμα αὐτῷ, *certe adamabit te conditor tuus, deus augustus nomen ejus.* Es. 54, 1. *Plures erunt filii desertæ*, viduæ, hactenus, judææ, מִבְּנֵי בְעוּלָה μᾶλλον παίδων πεφιλημένης, *quam filii adamatæ*, nuptæ, ante exilium. Esa. 62, 3. לְאַרְצֵךְ בְּעוּלָה περὶ χήρωσιν, πεφιλημένη, *de terra tua*, tempore exilii desertа, dicetur ab exilio, *adamata*, nupta. v. 4. כִּי יִבְעַל בָּחוּר בְּתוּלָה יִבְעָלוּךְ בָּנָיִךְ καθότι φιλεῖ ἀνὴρ παρθένον, φιλήσωσί σε παῖδες σου, *uti amat juvenis virginem, ita adamabunt te*, judæam, ab exilio, *filii tui*. Jer. 3, 14. אנכי בעלתי בכם ἐγὼ γὰρ φιλήσω ὑμᾶς, *ego amabo vos.* 31, 32. אנכי בעלתי בם ἐγὼ φιλήσω ἐκείνους, *ego amabo eos.* Prov. 30, 23. תַּחַת שִׂנוּאָה כִּי תִבָּעֵל κατέναντι μισουμένης, ἡνίκα ἐφιλήθη, *pro invisa, dum fuerit adamata*, nupta. Nomen mariti, בַּעַל, ex πλησιάζειν, quod idem ac φιλεῖν, πελάτης, πλάτης, *maritus*, *conjux*, בעלה πλάτις, *uxor*, *conjux*. Gen. 20, 3. הִוא בְעוּלַת בָּעַל ἄυλη πεφιλημένη πλάτῃ *illa amata*, junctа, nupta, *marito*. Deut. 22, 22. *Si quis concumbat cum femina* בְּעֻלַת בָּעַל πεφιλημένη πλάτῃ, *nupta marito*, cædantur ambo. Par ratio multorum. Deut. 24, 4. בַּעֲלָהּ הָרִאשׁוֹן πλάτης αὐτης ὁ πρῶτος, *maritus ejus prior.* בְּעָלִים πελάται, *mariti*, *conjuges*. Esth. 1, 17. 20. Judæis בְּעִילָה est φυλότης, amor conjugalis, usus tori, qui usus græcis familiaris.

Aliud verbum ejusdem soni est, בָּעַל *jubere*, *imperare*, *mandare*, quod est ex græco altero κελεύειν, *jubere*, *mandare*. Ejusdem soni

apud

apud hebræos diſtincta plane verba, ex diverſis græcis originibus. בַּעַל *amare* ex Φιλεῖν, בַּעַל *imperare* ex κελεύειν. Qua via ratio diverſarum ſignificationum ex originis diverſitate eſt manifeſta. Oriens ore jungit & contrahit, græcia diſtinguit & ſecernit. Eſ. 26 13. יהוה אלהינו בְּעָלוּנוּ אדנים זולתך ὑπάρχων, λόγια ἡμῶν, κελεύσιν ἡμῖν δυνάσαι πλὴν ἐκτός σϑ, *o deus, numen noſtrum, imperant nobis domini citra te.*

Vein בַּעַל qualemcunque *poſſeſſorem* denotat, a λαμβάνειν *accipere*, unde eſt ἐιληφὼς, *qui accepit, qui habet, qui tenet, qui poſſidet.* Geneſ. 36, 19. בַּעַל חחלומות ἐιληφὼς ἐμβλέμματα, *qui habet ſomnia.* בַּעַל אִשָּׁה ἐιληφὼς ἐυναςειαν, *qui habet uxorem.* בַּעַל הַבּוֹר ἐιληφὼς Φρέαρ *qui poſſidet*, habet, *puteum.* בַּעַל הַבַּיִת ἐιληφὼς τὸν δόμον, *qui poſſidet*, tenet, *domum.* בַּעַל דברים ἐιληφὼς πεφραδμένα, *qui tenet verba*, ſermonem. Deut. 15, 2. בַּעַל מַשַּׁה יָדוֹ ἐιληφὼς δανισμὸν ϑενάρος αὐτῷ, *qui habet fœnerationem manus ſuæ.* בַּעַל בְּרִת ἐιληφὼς περίδοσιν, *qui tenet fœdus*, vel Φίλιος περιδόσιος, *ſocius fœderis*, confœderatus. אִישׁ בַּעַל שֵׂעָר ἄρσην ἐιληφὼς τρίχα, *vir habens villum.* בַּעַל כָּנָף ἐιληφὼς πτερύγιον, *habens alam.* בַּעַל אַף ἐιληφὼς πνεῦμα, *habens iram*, בעל נפש ἐιληφὼς ψυχὴν, *habens animum.* בעל מומות ἐιληφὼς μώμους, *qui habet vitia.* בַּעַל פִּיפִוֹת ἐιληφὼς κοπὰς *habens acies.* בעל משפט ἐιληφὼς διαδικασίαν, *qui habet litem.* בַּעַל פְּקוּדֹת ἐιληφὼς ἐπιταγὴν *tenens præfe-*

Eturam. בעל קרנים ἐιληφὼς κέρατα, *habens cornua.* בַּעַל הַשּׁוֹר ἐιληφὼς τὸν ταῦρον, *qui possidet bovem.* בַּעַל הַמָּה ἐιληφὼς καῦμα, *habens iram.* בַּעַל כְּנָפַיִם ἐιληφὼς πτερύγια *habens alas.* Par ratio pluralium. בעלי ברית ἐιληφότες περιδοσιν vel φίλιοι περιδόσεως, *qui habent fœdus, socii fœderis.* בעלי הַצֹּם ἐιληφότες τόξα, *qui habent sagittas.* בעלי שִׁבְעָה ἐιληφότες πίσιν, *habentes fidem* Eccles. 12, 11. בעלי אֲסִפּוֹת ἐιληφότες σπείρας, *qui habent greges,* cohortes. בעלי הפרשים φίλοι τῶν καταφρακτων, ἐιληφότες τὰς καταφράκτας, *socii cataphractorum*, qui hos tenebant. Exod. 21, 29. גם בעליו יומת ἄμα ὁ τῶν ἐιληφότων αὐτὸν θανα]ῶθω, *etiam possessor ejus cædatur.* v. 34. ישוב לבעליו ἐπιστρεψάτω τῶ τῶν ἐιληφότων αὐτὸν, *reddat possessori ejus.* Eccl. 5, 10. מהכשרון לבעליה τίς μὲν καταρτισμὸς τοῖς ἐιληφόσιν αὐτὸ; *quis usus* opulentiæ *possessori ejus?* Similiter in feminino בַּעֲלָה ἐιληφυῖα, *quæ habet*, tenet, possidet femina. בעלת אוב ἐιληφυῖα ὄμφην, *quæ habet*, possidet, *oraculum*, dum oracula edat femina pythonissa.

בעלת כשפים ἐιληφυῖα βασκανίας, *quæ tenet incantationes.* בעלת הבית ἐιληφυῖα τὸν δόμον, *quæ habet*, possidet, *domum.*

Porro בַּעַל est suo loco πόλις, ubi de oppidis sermo. בעל צפון πόλις κασίᾳ, *urbs Casii*, ad montem Casium, apud ecregma, in ægypti finibus borealibus, prope lacum Sirbonem. Uti græci suum πόλις frequenter urbium nominibus jungunt. בַּעַל מְעוֹן Num. 32, 38. πόλις

Μεωὶν,

Μεὼν, *urbs Meon.* Pro quo בעל uſurpatur & בֵּית τόπος *locus*, ut בֵּית פְּעֹר τόπος πεωῤ, *locus Peor*, quod idem ac urbs Peor. Pro quibus alibi etiam uſurpatur עֵין ἔυνη. *ſedes.* עֵין שֶׁמֶשׁ ἔυνη ἀηάμαντος, *ſedes ſolis*, urbs Enſchemeſch, inter hieroſolymam & Hierichuntem.

Cives urbium audiunt בְּעָלִים πολίται, *cives, incolæ.* בַּעֲלֵי בָמוֹת πολίται Βαμὼτ, *cives,* urbis *Bamot.* בַּעֲלֵי יְרִיחוֹ πολίται ἱεριχῶντος, *cives hierichuntis.* בַּעֲלֵי שְׁכֶם πολίται Σικίμων, *cives Sichemi.* בַּעֲלֵי הָעִיר πολίται τῆς ἀγορᾶς, *cives,* incolæ, *urbis.*

In theatro idolorum, בַּעַל זְבוּב 2. Reg. 1, 2. 3. 6. 16. Ἀσκλήπιος, *Æſculapius*, medicorum numen inclytum, in Palæſtina maritima apud Accaronenſes cultum. Cum Achabi filius Achasja ex lapſu æger decumberet, ad numen Accaronenſium Æſculapium nuncios miſit, pro re medica, conſultum de ſalute ſua: *quærite* בבעל זבוב אלהי עקרון Ασκλήπιον, λόγια Ακκαρῶνος, *Æſculapium, numen Accaronenſium*, num a morbo ſim reſtituendus? Quare Elias Achasjam graviter increpans, ſalutem negavit, propter idolum Æſculapii conſultum. Commentatores *muſcam* venantur, græciæ immemores, & magni idolorum theatri ignari. Græcus judæorum interpres, bonarum literarum, hiſtoriæ veteris, expers, ſubornavit βάαλ μυῖαν, inepte, cum medicorum numen Æſculapium ignoraret. Vulgatus, ne in muſcas peccaret, ex pari græcarum antiquarum rerum inſcitia, re-

tinuit

tinuit *Beelſebub*. Judæum illum Alexandrinum in muſcarum venatione ſecuti commentatores univerſi in hunc diem, qui non attenderunt, in oraculo illo conſulendo agi de re medica, pro ægro rege reſtituendo. Viderunt alibi in זבוב *muſcam*, quare & hic convolarunt ad muſcam, ſecurius, quam ad idolum Accaronenſium. Sic muſca imperiti interpretis græci maculavit omnes interpretes. Belle Eccleſiaſtes, cap. 10, 1. זבובי מות יבאיש πετεινῶν δυσοσμίας τις σήπει καὶ πύθει μύρισμα Φαρμακέος, *muſcarum fœtidarum aliqua inficit & putrefacit unguentum aromatarii*, cibum optime conditum. Mihi jam non eſt animus, nec hic mihi locus, illorum ſordes notare, qui ubi de rebus idolorum egerunt, vel clariſſimi hodie viri, non niſi muſcam hic oſtentarunt, parcimusque lubentes Seldeno & Wilhelmo Goeree, qui de nominis ratione fere deſperant. Qui ex hiſtoria Chriſti monſtrant in allegato βεελζεβούλ, Matth. 12, 24. Luc. 11, 15. Marc. 3, 22. זְבוּל judæorum, σπέλεθον, *ſtercus*, *fimum*, ſervent, cum muſcis. Eſt enim Beelſebub & *beelſebul*, idem prorſus. Neque diviſio in ſcribendo apud hebræos, בעל זבוב *Baal ſebub*, duo facit diſtincta nomina, ſed amanuenſium conſtitit arbitrio, ut in aliis multis nominibus propriis, ut תּוּבַל *Tubal Cain*, *Chalybum* quis. Eſt *Beelſebul* idem *Æſculapius*, qui *beelſebub*. Idque ex ipſa illa Chriſti hiſtoria luculenter patet. Quando Chriſtus ſanaverat ægrum, a dæmonio agi-

tatum

tatum, phariſæi in Chriſti præclariſſimum facinus invecturi, eique detracturi, fontem ſanitatis per Chriſtum reſtitutæ ignominioſo inſigniebant charactere, dicentes, Chriſtum ægrum hunc ſanaſſe, dæmonium ejeciſſe, per numen gentium, per numen medicorum apud gentes, per *Æſculapium*, qui in idolorum theatro medicinæ habeatur parens. Huc phariſæorum contumelia: *hic non ejicit dæmonia, niſi per Beelſebul*, per Æſculapium, *principem dæmoniorum*, qui Æſculapius apud gentes in re medica excellens deus, numen medicinæ eminens. Non, quod phariſæi, idolorum hoſtes, æſculapium æque ac alia gentium numina admiſiſſent, pro diverſis numinum jactatis facultatibus, viribus, & officiis, ſed ut ex hypotheſi populari Chriſto maculam inurerent idololatriæ, qui gentium mores & res haberet ac verſaret, quo nihil inter judæos invidioſius, & ad odium concitandum aptius. Ut longum prætereamus catalogum, qui muſcas in Baalſebub ſecuerunt, viſcera ejus ſcrutati, æſculapii & artis veræ anatomicæ in antiquis rebus obliti, noviſſimus ſuffecerit *Calmetus*, *qui in diſſertatione in idola philiſtæorum, in libros regum, fol.* 328. *ſqq.* poſt longum inanium opinionum numerum, pro inteſtinis muſcæ, *Jovem tandem idæum cum muſcarum grege* in ventre Beelſebub obſervat. Servet, per nos licet; hiſtoria idolorum græca, hiſtoria regis iſraelis ægri, & Chriſti ægrum ſanantis, *Æſculapium* ſubmonſtrant,

ſtrant, quem alibi ex rebus græciæ antiquis diſtincte delineavimus, quoad univerſa illius ſymbola, in ſtatua humana, viri gravis, ſenis, cum ſerpente, pro coloniæ græcæ fatis in Epidauri fundo.

Fas eſto, ab Æſculapio ad *Apollinem*, a gentibus & judæis ſolenniſſime cultum, contendere, ut & hujus ſimulacra in judæorum & Peræorum fanis dignoſcantur. In cultu idolorum, quotiescunque in ſacris fit mentio בעל, ſemper eſt Απόλλων, *Apollo*, præter בל babyloniorum, qui ολύμπιος, *Olympius* jupiter. Quando judæi interpretes græci, cum latinis, per omnes gentes ſono judaici oris efferunt βάαλ, *baal*, imperitiæ veteri & recenti condonandum, quando idololatriæ fontes & origines ignorarunt penitus, græciæ immemores, quæ illa deorum theatra ſtruxit, ex quibus per totum orbem alio alioque ſono commearunt. Reddere proinde hebræorum *baal* latine vel vernacule *baal*, eſt publicum inſcitiæ documentum, ex græcarum vetuſtarum rerum imperitia. Nihil tali verſione exprimitur, quod intelligi poſſit, idem videtur dici, cum reapſe nihil dicatur, quod verſione dignum. Infantum eſt, idem repetere eodem ſono. Ut hæc ætas, per univerſos commentarios, plerarumque veterum rerum judaicarum eſt ignara, ut verſiones iisdem vocibus ſervatis non niſi larvas referant. Græca conſulantur monumenta & univerſa ſua radiabunt luce, ut legi & intelligi queant,

quæ

quæ abſtruſa viſa. Eſt בַּעַל Απόλλων, latinis *Apollo*, hebræis, pro remotiori a græcia trans mare terrarum ſitu, breviori aut conciſiori ſuo ſueto ore *baal*.

Eſt autem *Apollo*, & nomine & re omni, originis græcæ, ex media Phocide, ex auguſta *Delphorum* urbe. Eſt ſtatua *Apollinis*, ipſumque jactatum numen, character *Delphorum*. Ex Delphinio urbe Boeotiæ colonia migraverat vetuſtis ſeculis in Phocidem, in montem Parnaſſum, in urbem olim dictam Pythonem. Quando Delphinii hi in Parnaſſo conſederunt, ſenſim ſenſimque illas acquiſiverunt vires, ut urbem Pythonem ſibi vindicarent ac ſubjugarent. Prius urbis coloni & hoſpites, dein domini. Quod Delphiniorum cum urbis Pythonis civibus bellum, ſubjugandique negotium, effigiatum eſt a Poetis imagine pugnæ apollinis cum ſerpente Pythone; quod eſt ſymbolum Delphiniorum urbem Pythonem ſub jugum mittentium.

Quo dominio acquiſito, urbs appellata a novis, Delphiniorum ortus, colonis & dominis *Delphi*. Florente *Delphorum* urbe, armis, commerciis, & literis artibusque nobilibus; ſculptoribus, pictoribus, ſacrificulis placuit, in honorem magnæ urbis monumentum ponere nobile in media urbe. Quod affabre factum, ſtatua virili, more veteri, in imaginibus urbium. Quæ ſtatua in fano urbis, huic fini parato, collocata, divinitatis chara-

&c.

Eterem per ſacrificulos impetravit, ut pro numine haberetur. Cum mos invaluiſſet, plerisque magnis & potentibus urbibus imaginem urbis & gentis tribuere, eamque pro numine in templo collocare, Delphis idem contigit. Uti porro omnia urbium inſignia, monumenta illa aut ſimulacra, ſtatuæve, effigiabant urbem & gentem, ita & nomen datum analogum nomini urbis & gentis. Quia *Corinthus* quondam dicta *Ephyra*, ideo inſigne & nomen urbis, feminæ nobilis imagine, appellata eſt Ἔφυρα, quod eſt *Ephyræa*. Quia urbs *Athenarum*, numen, urbis ſymbolum, per ſacrificulos & ſculptores argutos, ingenio prædito, impetraverat, nomen accepit Ἀθήνη, quod ipſummet urbis nomen. Quomodo *Juno* non niſi *Corinthi* effigies, & *Minerva* nonniſi Athenarum imago. Par ratio omnium numinum græcorum, pro ordine & dignitate urbium græcarum. Ita ergo & *Delphorum* in Parnaſſo effigies & ſymbolum in fano poſitum, cognato nomine audiit *Apollo*, quod eſt, *Delphorum* inſigne.

Quando igitur urbes & gentes a ſculptoribus & ſacrificulis ſunt effigiatæ, pro potentia, celebritate, antiquitate earum, ſimulacris humanis, *numina* hæc appellarunt, pro veneratione & honore urbium, ut urbes illæ antiquæ & populoſæ æſtimarentur inſtar numinum aut deorum. Statuæ itaque illæ ſunt in fanis, tanquam domibus illuſtribus gentis magnæ, poſitæ, elevatæ, & honore cultus affectæ,

ſtæ, ut victimæ illis offerrentur, & libamina, ut regibus menſæ parantur, vina funduntur, & ſuffitus fragrans accenditur. Uti porro prudentia, peritia, artiumque cultura, urbibus famam parat, ita ſculptores, ſacrificuli, cuilibet urbis cujuscunque ſimulacro, ſagaci inſtituto, peculiarem tribuebant virtutem, quam numen illud calleret & exerceret. Quod honori urbis ceſſit. Quod ergo Delphi illi prudentia & artium doctrinæve cognitione ac uſu excellerent, huic numini, *Apollini*, vindicarunt *ſagacitatem præſagiendi*. Quod præſagiorum genus, urbi majorem celebritatem, & opum ab exteris confluxum compararet. Cui præſagiorum exercitio publico data ſua, quæ in oculos incurreret, pompa, & inſignis celebritas. Uti aureus fani fulgor oſtendit magnificentiam, ita & apparatus ad præſagiendum ſpectabilis devotionem ſpectantibus extorſit. Viri feminæque his præſagiis & oraculis formandis præfecti, qui ingenio & judicio præditi quærentibus ac ſciſcitantibus poſſent nomine Apollinis reſponſa dare. Quæ ſagacitas miniſtrorum tecta umbris inſtrumentorum. Sub fano, in ſaxo, ſpelunca apparata & exciſa, profunda & ampla, in cujus vertice pateret orificium parvum. In quo fornice machinis venti ſtrepitus excitandus, pro nuncio Apollinis ad oraculum accedentis. Supra oſtium cavernæ impoſitus ligneus altus ſuggeſtus, tribus fulcris, tanquam pe-

dibus incumbens. Unde illi *tripodis* nomen. In medio illo ſuggeſto, in fundo pelvis poſita, ænea, quæ orificio cavernæ baſi ſua reſpondetet. Femina, oraculum editura, pro priſtinis moribus, illum per gradus conſcendit ſuggeſtum, tamque diu in pelvi conſedit, donec ex caverna ingentem venti ſtrepitum edi animadverteret, quaſi ille ventus pelvis baſin afflaret. Quo audito femina parem in pelvi ſtrepitum inter ſuſurros inconditos, gemitusque profundos, excitavit, inde proſiliit ac oraculum pronunciavit, vel ligata oratione, vel ut circumſidentes oraculi miniſtri ſtilo exciperent ligato. Quæ ſagacium ſacrificulorum fallacia totum faſcinavit orbem, ut pro oraculis accipiendis Delphos accederent, ex remotis etiam terris, cum ingenti munerum apparatu. Ex tripode dicta auctoritatis maximæ.

Hæc apud Delphos augurandi gloria, cum annis & ſeculis, ex æmulatione, ſeduxit remotos etiam populos, ut eundem cultum in ſuis ſtatuerent terris, ſimilibus fanis, ſimili Apollinis ſimulacro, ſimili oraculorum ſtudio, ſimili tripode, ſimilibus viris & feminis fraudum miniſtris. Futurorum namque cognitio, inde expectata, pellexit & ſummos quosque viros, pro rerum ambiguarum ſtatu, ſciſcitandi hos Apollines, jam ſuos. Quomodo Apollines. ex imitatione & ſpe parium emolumentorum, magno per urbes & regio-

nes

nes creverunt numero, per Asiam quoqne & Africam, per Syriam, Palæstinam, Arabiam, per universam ægyptum.

Hac via & *in israëlem ac judam* penetravit *Apollo*, ut reges eorum ac primates illis oraculis captandis intenti, loco mosaici cultus, Apollinis res omnes in regnum introducerent utrumque. Cum pontifices judæorum per oracula sua mosaica non responderent votis regum, in Juda & israële, callidiores surrogarunt Apollinis ministros, qui ad respondendum promptiores, & regibus abblandiendi artis peritiores. Quomodo regum arbitrio cultus dei mosaicus, sine imagine, commutatus cum cultu peregrino sub imagine, cum spe consiliorum per oracula hæc digniorum, cum in apollinis cultu callidissimi passim, sagacissimi peritissimique existerent viri, ad decipiendum compositi. Sic Apollo coepit comparere & in Juda ac israële, æque ac inter gentes vicinas.

Ut ex ordine lumen singulis accendamus, præeat בַּעַל פְּעוֹר Απόλλων πεωξαῖος, inde πεωξαῖος, *Apollo Peorensis, ab urbe, a regione Peræus.* In Peræa בֵּית פְּעוֹר *Beth Peor*, τόπος πεωὲ, oppidum ex superioribus abunde cognitum, in monte situm, sub Essebunte, versus montem Pisga vel Nebo. In hac urbe cultus בַּעַל Απόλλων, *Apollo*, *Peor* nomen loci aut sedis, non idoli, בעל פער *Apollo urbis Peor*, in urbe & monte cultus. Cum græciæ dememinis-

 sent

ſent commentatores, veteres & recentes, *A*-pollo illis non incidit ex theatro deorum græco, neque adeo penetrare potuerunt vim vocis *baal*. Et nihilominus aliud græcum numen *Adonin* conjecerunt, cum neſcirent ex ingenti numinum numero quodnam eſſet admittendum. Sed *Adonis* eſt hebræorum ore *Tammus*, de quo nos alibi. *Adonis* a *baal*, *apolline*, longo intervallo diſtinctus. Ploret *Calmetus* cum ſuo Adoni, nos Apollinis ſpectamus faſcina, in Peræa & Palæſtina. Cui ridere vel indignari facile, conſulat *Wilhelmum Goeree*, interpretum judaicorum ac chriſtianorum in *baal* fabulas velut in ſcena ridendas exponentem. Noſtrum non eſt, illa vel riſu vel ira dignari, tam ſunt tantum non obſcoena & anilia. In *apolline*, tametſi ſimulacro, conſpectus ad minimum non indecorus, cui moſaica & liberales artes pergratæ fuiſſe celebrantur, earum præſidi, cum Delphis diſciplinæ florerent.

Apollo in templo. בית הבעל *δόμος τῦ Απόλλωνος*, *domus*, fanum, templum, *Apollinis*, quæ auguſta ſæpe ædificia, ad exemplum Delphorum; quæ בָּמוֹת הַבַּעַל *βωμοὶ Απολλωνος*, *excelſa magnaque fana Apollinis*.

Apollo *columnæ* impoſitus. מַצֶּבֶת הַבַּעַל *ἐπισημα τῦ Απόλλωνος*, *columna Apollinis*. מַצֵּבוֹת בֵּית הַבַּעַל *ἐπισήματα δόμυ τῦ Απολλωνος*, *columniæ domus apollinis*, quæ in fano ejus.

Apol-

Apollinis *ſacellum* in fano, in quo ſacello ſtatua cum apolline collocata, מַסֵּכָה σήκωμα, *ædicula*, ἐικονοςάδιον, οἰκίσκος, ſedes apollinis, tectum aureum vel argenteum, etiam extra fana in ædibus privatis; ut & portari poſſet apollo cum ſacello ſuo, ut reliqua numina aut idola.

Apollini תרפים τρίποδες, tum lignei, alti, publicandis oraculis, tum aurei pretioſi, pro ſortibus. Apollini λέβης, *lebes*, *pelvis*, מִפְלֶצֶת ſuggeſtus in quo *lebes*, unde pythoniſſa oracula publice pronunciare ſueta.

Apollini *ara*, מִזְבַּח הַבַּעַל θυσιαςήριον τῦ Απόλλωνος, ad ſacrificia illi offerenda.

Apollini זְבָחִים σφάγια, *ſacrificia*.

Apollini ſacrificuli, miniſtri, נְבִיאֵי הַבַּעַל μαντευταὶ τῦ Απόλλωνος *vates Apollinis*.

Cultus Apollinis, עבד את הבעל λατρεύειν, δουλευειν τῶ Απολλωνι *ſervire Apollini*, colere Apollinem. עברי הבעל δοῦλοι τῦ Απόλλωνος, *ſervi*, cultores *Apollinis*.

Apollini *ſacrarium*, oraculum, locus, ubi oracula ederet, אֲשֵׁרָה χρηςήριον, *oraculum*, locus oraculi.

Quærendus Apollo, ad oraculum edendum, דרש לבעל ἱςορεῖν ἀπόλλωνα *ſciſcitari Apollinem*, per ſacerdotes.

Univerſum hoc idololatriæ genus judæis prorſus negatum & ſevere interdictum, qui juſſi omnem illum apparatum evertere, delere, ac abolere, ubicunque obvium, Apol-

linis cultu exſtirpando, oraculis prohibitis, ut nec nomen ferri poſſet. Pœna graviſſima ſtatuta apollinis cultoribus, regibus regni exitium, populo exilium, omnibus extrema pernicies.

Lev. 21, 4. לֹא יִטַּמָּא בַּעַל בְּעַמָּיו *μηδόλως ἑαυτὸν ἀτιμαζέτω τις Απόλλωνι ἐπὶ δήμοις αὐτῦ Ne quis ſe polluat Apolline in populo ſuo*, cultu illo idololatrico immundo in iſraele non tolerando.

Ad *hiſtorias* eundum ſacras *de cultu apollinis*, iſraëli frequenti, ſed infauſto & lethali, qui illis oracula genuit mortis & exilii.

Num. 25, 1. *Cum ſederet iſraël* in Peræa, anno exitus ex ægypto ultimo, proximo ante obitum Moſis menſe, *apud urbem Abel haſſchittim*, Abilam, ſupra Machæruntem, prope montes Pisga & Peor, in campis & vallibus, inter urbes, *cæpit* populus זְנוֹת *ἀναισχυντεῖν inverecunde ſe gerere*, non venere, ſed idolorum cultu, qui judæis fœdus, immundus, per leges habitus.

Quando iſraelitæ in vicinia multarum magnarum in Peræa urbium ſederunt in caſtris ſuis, commeatum ex urbibus compararunt, commerciaque cum illis frequentia habuerunt. Cum itaque familiariter cum Peorenſibus, Pisgenſibus, Abilenſibus, Medabenis, finitimisque Peræis populis verſarentur, facillima fuit anſa luſtrandi fana idolorum in illis urb.bus, quas frequentarent. Eaque occaſione illos a civibus, a ſacrificulis, ad ſa-

cra

cra illa oppidana, ad cultum, ad epulas idolothytorum, ad lauta convivia in fanis, invitari contigit. Quo fato ad cultum idolorum pellici ac ſeduci ex iſraele, vel ex populo, vel viros ſpectatos, non mirum. Faſcina non moleſta. Perſuaderi ad ſacrarum epularum uſum totumque præcedentem cultum, pronum. Atque ita inverecunde ſe geſſerunt hi ſeducti iſraëlitæ *apud filias Moabitidis*. Quæ non eſt veneris illicitæ deſcriptio, ſed idololatrici cultus admiſſi *per initiationes*, more omnium gentium. Atqui ſolenne in multis gentibus, *initiare ad ſacra idolorum per feminas*, virgines, ſagaces. *Oracula* præſertim *apollinis* edita *per pythoniſſas*, feminas.

Quomodo & in libris ſacris celebres feminæ, quæ haberent divinam vocem, apollinis fatidica oracula, de quibus inferius. Tales feminæ ſacris operantes, non ex plebe, ſed ex domibus illuſtribus, nobiles, argutæ, aſtutæ, ſolertes, facundæ, ad dicendum, perſuadendum, compoſitæ. In his ſolenni charactere *initiatrices*, quæ ad religionem illam accedentes exteros inſtruerent ac initiarent, religionisque participes redderent, quod debitis factum ceremoniis.

Et huc hæ feminæ filiæve Moabiticæ, initiatrices cultus apollinis, religionis apollinis adminiſtræ. Cum his egerunt iſraëlitarum multi, ab his ad apollinis religionem pellecti ac initia-

initiati in vicino iſraële viri magno numero, ut ab iſraëlitico cultu ſacro ad apollinis cultum deficerent.

Hoc illud inverecundum conſortium iſraëlitarum cum filiabus Moabiticis, inſtituti, initiati iſraelitæ per initiatrices Moabiticas ad inverecundum aut immundum apollinis cultum.

v. 2. *Quando invitarunt* Peorenſes, Piſgenſes, ceterique Peræi, iſraëlitas vicinos, *ad convivia numinum ſuorum*, ad epulas ſacras in fanis, poſt ſacrificia, idolis oblata, poſt ſacra Apollini ſolenniter in templis facta, pro more omnium gentium, *tunc comedit populus* iſraël, interfuit epulis in Peorenſium templis, in ſacris, poſt apollinis cultum ſolennem, poſt ſacrificia apollini oblata. Siquidem moris, ut pars victimarum oblatarum in ara, adhiberetur ad convivia a ſacris, finitis his, idolothytis veſcendo. Quæ convivia ſubinde lauta, inter pocula, & cantus. Hæc pars inverecundi negotii iſraëlitici, immundis illis idolothytis veſci.

Atque eo ipſo, ante epulas, *adorarunt* iſraëlitæ illi, apoſtatæ, per initiatrices prius faſcinati, inſtituti, initiati, ad religionem apollinis inaugurati & ſuis ritibus conſecrati, adorarunt, ait ſcriptor ſacer, *numina illarum*, initiatricum, a quibus antea initiati, ad cultum apollinis inaugurati ac apollini conſecrati. Quæ adoratio apollinis comprehendit univerſum cultum, per victimas ſolennes,

quas

quas iſraëlitæ iſti initiati apollini in templis illis offerrent.

v. 3. ויצמד ישראל בבעל פער ἐμυσαγωγήθη δὲ Ἰσραὴλ τῷ Απόλλωνι πεωρείῳ, *Atque ita initiatus eſt iſraël Apollini Peorenſi*; per feminas illas Moabiticas initiatrices ſeductus iſraëlitarum ingens numerus ad religionem & cultum Apollinis Peorenſis, ut ſacra facerent apollini, & conviviis veſcerentur idolothytorum, inverecundia ac immunditia legali fœda, quam execraretur religio & lex moſaica. Quæ a deo ad Apollinem defectio Moſen vehementer offendit, ut in vindictam ac initiatorum cædem rueret. *Exarſit ira dei in iſraëlem*, in ſupplicia illorum, qui apollini eſſent initiati.

v. 4. *Decrevit itaque Moſes nomine dei*, viros primarios inter initiatos illos iſraëlitas eſſe prehendendos ac pro ſupplicio ſuſpendendos, ad piandum ſcelus publicum.

v. 5. Poſt ſupplicia virorum honoratiorum, porro reliquorum ex iſraële in populo apollini initiatorum cædem imperavit; הרגו איש אנשיו הנצמדים לבעל פער νεκρώτε ἕκαστος ἄρσενας αὐτῶ τὰς μυσαγωγημένας τῷ Απόλλωνι πεωρείῳ, *interficite quisque* judicum *viros ſuos*, qui ſui ſingulis judicibus, *initiatos* in plebe iſraëlitica *Apollini Peorenſi*, uti honoratiores erant ſuſpenſi.

v. 6. Caſus ſingularis illa tempeſtate incidit, pro ſolenni continuata initiatione, non

obſtantibus ſuppliciis, quæ non terrerent quosdam ex primatibus, quo minus pergerent, ad apollinis cultum a moſaico deficere. *Vir quidam* ex iſraëlitis, pertinax, ſupplicia priorum non reveritus, *adduxit ad iſraëlitas* ceteros, in caſtra iſraëlitarum את המדינית Μηδαβηνὴν, *Medabenam* feminam, initiatricem apollinis, nobilis generis, Medabenorum principis filiam, artis initiandi antiſtitem: *Moſe & populo* adventum illum nobiliſſimæ initiatricis *vidente*, reſciſcente, cum turba iſraëlitica magno numero, poſt clades ſuperiores, ſuſpenſorum ac cæſorum, ante tabernaculum divinum, inter preces & lacrymas jaceret ſupplex.

v. 7. *Cum reſciſceret Pinechas*, pontificis maximi filius, adductam eſſe in caſtra initiatricem apollinis, illuſtrem feminam Medabenam, ex urbe Medabene Perææ, in vicinia caſtrorum, vehementiſſime offenſus religionis Moſaicæ contemptu publico, initiationem ulteriorem apollini porro faciendam impedire ſua vindice contendit manu, ardenti pro religione Moſaica zelo: *apprehendit* Pinchas *romphæam*, lanceam,

v. 8. *et properavit* ad tentorium, quorſum iſraëlita ille Medabenam initiatricem duceret, ubi nobilis iſta initiatrix ad apollinis cultum iſraëlitas porro initiatura.

אֶל הַקֻּבָּה πρὸς τὴν καλύβην, ad illud perrexit tugurium, ubi illa iſraëlitas ad apollinis cul-

cultum initiare conſtituerat. In quo zelo, cum ad illud initiatricis feminæ tugurium mature perveniſſet Pinchas cum ſua haſta, וידקר את שניהם ἐκέντησε τὰς σύνδυο ἐκείνας *transfodit* ſuo illo ſpiculo, cum in tugurium illud irrupiſſet Pinchas, *ambos illos*, iſraëlitam, qui initiatricem Medabenam in caſtra inque illud tugurium adduxerat, & feminam illam initiatricem; non ſimul uno ictu, ſed ſuo ordine, *virum iſraëlitam*, apoſtatam, prius, *dein feminam Medabenam* initiatricem præſentem, non in veneris uſu, ſed initiationis negotio occupatos, אֶל קִבָּתָהּ παρὰ καλύβην αὐτῆς, *in tugurio ejus*, in quod per Iſraëlitam adducta erat initiatrix illa, illuſtris Medabena femina. Quo heroico Pinchaſi pro religione Moſaica contra religionem apollinis facinore confecto, juſſit Moſes a reliquorum initiatorum cæde deſiſtere, cum hoc ſatis eſſet ſupplicii per Pinchaſum.

v. 14. *Caſus ille* per Pinchaſum iſraëlita, אשר הֻכָּה את המדינית ὅσπερ ἀπεκτάνθη μετὰ τῆς Μηδαβηνῆς, *qui interfectus una cum Medabena*, initiatrice, viro prius confoſſo, dein & femina, quæ viri manus effugere non poſſet, *vir nobilis ex genere Simeonitico. Et femina illa* initiatrix *Medabena, quæ cæſa, filia erat principis* בְּמִדְיָן ἐπὶ Μεδαβήνης *in Medabene*, in ditione urbis Medabes; quæ alio nomine & Diſahab, & Bezer, Bozra, ſuo מֵידְבָא Μηδάβη, *Medabe*, Num. 21, 30. cujus regio dicta מִדְיָן

Μεδα-

Μεδαβήνη, *Medabene*, in qua iſraëlitarum illa caſtra.

Hæc *fata cultus apollinis in Peræa* ſubinde poſtea commemorata a poſteris, nomine בַּעַל פְּעֹר Απόλλωνος πεωραίᾳ, Apollinis Peorenſis, vel abſolute פְּעֹר *Peorenſis* negotii. Neque vero intermiſit Moſes vindicare has Medabenorum inſidias, qui per initiatricem illam ſuam Medabenam ſeduxiſſent Iſraëlitarum viros magnos & populi turbam.

v. 16. 17. Bellum ſtatim paravit Moſes in hos Medabenos, in quorum fundo tunc caſtra Moſis & Iſraëlitarum ſtarent: *impugnandi ſunt Medabeni, quare cædite illos.*

v. 18. *Quia afflixerunt vos ſuis machinationibus,* בנכליהם ποικιλίαις αὐτῶν, vafris artibus ad apollinis cultum pertrahendi, per initiatrices ſuas, אשר נכלו לכם ὥς ἀρα ἐποίκιλλον περὶ ὑμῶν, *quando vafre egerunt circa vos,* עַל דבר פעור περὶ πράγματος πεωὸς, *in negotio Peorenſi,* quando ad Apollinis Peorenſis cultum ſeducti Iſraëlitæ, qui ex eo ad ſupplicium magno numero rapti, partim ſuſpendio, partim ferro; *& propter Cosbi, filiam principis in Medabene, ſororis ipſorum, quæ interfecta* per Pinchaſum, *durante ſupplicio iſraëlitarum* initiatorum, על דבר פעור περὶ πράγματος πεωὸς, *propter rem Peorenſem*, cultum apollinis Peorenſis, ad quem femina illa Medabena initiatum venerat.

Memorat Moſes funeſta hæc apollinis Peorenſis fata, in oratione ſecunda ante obitum ſuum,

ſuum, Deut. 4,3. *oculi veſtri viderunt, quæ fecit deus*, illis ipſis menſibus, noviſſime, brevi ante orationem Moſis, בבעל פער ἐπ' Απόλλω. ι πεωραίῳ *in apolline Peorenſi*, quoad cultum ejus, ad quem Iſrael defecerat, quem admiſſum apollinis cultum ſuſpendio & ferro vindicaverat Moſes, כי כל איש אשר הלך אחרי בעל פער השמידו יהוה אלהיך קרבך ὅτε πηλίκουσιν τὸν ἄρσενα, ὅσπερ παρηκολούθησε τῷ Απόλλωνι πεωραίῳ, ἐξετμηξεν αὐτὸν ὑπάρχων λόγια σα, μὴ εἶναι ἐν χορδεύματισα, *quando qualemcunque virum*, ex primatibus & plebeis, *qui ſectatus erat Apollinem Peorenſem*; *exſtinxit* ſuppliciis variis *deus numen tuum e medio tui*, Num. 25.

Pſ. 106,28. יצמדו לבעל פער ἐμυσαγωγήθησαν τῷ Απόλλωνι πεωραίῳ *initiati ſunt Apollini Peorenſi*, & *comederunt ſacrificia*, de ſacrificiis, idolothytis, in conviviis ſacris, poſt victimas apollini ſolenniter in ara oblatas, *defunctorum*, numinum gentium, quæ prius fuiſſent magni in terris, in regnis, viri, populi, magiſtratus, tandem more hominum occubuiſſent, mortui utique, a qua morte per ſacrificulos in numinum ordinem eſſe relati, fraude in plebe imperita, quæ artes ſacrificulorum non penetraret. Character *mortuorum* à ſcriptoribus ſacris tributus omnibus idolis, reſpectu *veri dei vivi*, æternum viventis, cui adeo nomen ὑπάρχοντος, *exiſtentis*, ſemper vivi. Idola, non niſi mortui, quondam in terris vivi, jam vita deſtituti. Unus deus ſemper vivus,

quem

quem coleret Iſraël. *Apollini* proinde, Delphorum numini, tribuit autor characterem *mortui*, qui unus *ex mortuis*, qui olim vixiſſent, dein exſpiraſſent, nunc vita carerent, tametſi pro numinibus vivis a ſacrificulis venditarentur. Satis de *Apolline Peorenſi*, *Peræo.*

A moſis obitu, tempore Joſuæ, in Palæſtina ſe continuerunt iſraëlitæ a publico Apollinis cultu, ſed a Joſuæ & ſeniorum abitu, cultus Apollinum tempore judicum pervaſit totum iſraëlem. Jud. 2, 11. יעבדו את הבעלים ἐλατρευσαν τοῖς Απόλλωσι, *coluerunt Apollines.* v. 13. *Deſerurunt deum*, cultum dei, ויעבדו לבעל ולעשתרות καὶ ελάτρευσαν τῷ Απόλλωνι καὶ ταῖς Ασάρταις (κυθηρισι,) *coluerunt apollinem & Veneres.* Jud. 3, 7. ויעבדו את הבעלים ואת האשרות ἐλάτρευσαν τοῖς Απολλωσι καὶ τοῖς χρησηρίοις, *coluerunt Apollines & oracula.*

Tempore judicum hiſtoria *zeli contra apollinis cultum*, in media palæſtina, pariter in iſraelis ſinu, in tribu Ephraim, *in urbe Ophra*, Gideonis ſede & ſepulcro. Quæ urbs Ophra, Aphra, Αφάιρεμα, alio nomine Pirathon, Φαραθὼ Joſepho, & Ἐφραὶμ, quæ ſita e regione Lyddæ, ad hujus boream, infra Ephraimitidis urbem Tamna, ſeu Timnatcheres, quæ Joſuæ & Simſonis domus, & ſupra Geſer, e regione Joppes, quam rex ægypti tandem expugnavit, & dedit Salomoni pro dote filiæ ſuæ. Gideonis parens in vicino urbis colle fanum habuit apollinis, in quo oraculum a-

pol-

pollinis, ante quod fanum ara apollinis, cui offerrentur victimæ, *Jud.* 6. Presso a Cananæis Israële, ad hoc oppidum ex vicina in Ephraimitide ad boream urbe Silunte, ubi arca & cultus dei israelitici, venit pontifex illius ævi, Gideoni commissurus bellum in hostes ad liberandum a jugo israëlitas.

In colloquio pontificis cum Gideone viro nobili illius loci de bello per Gideonem nomine dei & israëlitarum in hostes gerendo. animum hic sumsit, primum omnium liberandi domum suam paternamque ab apollinis cultu idololatrico; quod sine mora proxima nocte, præmetu civium, qui apollinem illum colerent, præstitit.

v. 25. Consilium divino instinctu fuit sumendi duos juvencos parentis sui, *destruendi aram apollinis*, את מזבח הבעל τὸ θυσιαστήριον τοῦ Απόλλωνος, *quam possideret pater ejus*, ac *demoliendi fanum, oraculum apollinis*, אֶת הָאֲשֵׁרָה τὸ χρηστήριον, *quod* apollinis oraculum seu fanum situm *prope aram apollinis*,

v. 26. ejus dein loco *exstruendi aram dei* israëlitici, מִזְבֵּחַ לַיהוָה θυσιαστήριον τῷ ὑπάρχοντι, *in vertice loci illius muniti*, urbis munitæ, *& immolandi ibi holocaustum* בַּעֲצֵי הָאֲשֵׁרָה ἐπὶ ξύλοις τοῦ χρηστηρίου, *lignis oraculi* apollinis, fani illius, in quo oraculum apollinis, per Gideonem prius destructi ac diruti.

v. 27. Pro quo consilio, *Gideon decem viros sumi-*

ſumſit ex ſuo ſervitio, rem tantam executus nocte, præmetu parentis & civium urbis ophræ.

v. 28. Mane, *cives viderunt dirutam eſſe* מִזְבַּח הַבַּעַל θυσιαςήριον τῦ Απόλλωνος, *aram Apollinis;* וְהָאֲשֵׁרָה אֲשֶׁר עָלָיו καὶ τὸ χρηςήριον, ὅσονπερ παρ' αὐτῷ & *fanum oraculi*, apollinis, in quo oracula ederentur, *quod juxta illam* aram, *deſtructam* ante, & *quod holocauſtum eſſet crematum in nova ara ſuſcitata.*

v. 29. 30. Indagato autore Gideone, hic a civibus ad ſupplicium rapiendus, *quod diruiſſet* את מזבח הבעל τὸ θυσιαςήριον τῦ Απόλλωνος *aram Apollinis*, & quod deſtruxiſſet את האשרה τὸ χρηςήριον, *oraculum* apollinis, fanum ejus, *quod apud illam* aram extiterat.

v. 31. Pater Gideonis Joas, agnito Gideonis facinore recto, filium, qui apollinis cultum diruiſſet, excuſavit, & apollinei cultus inanitatem civibus querulis exprobravit falſe: האתם תריבון לבעל εἰ αὐτοὶ ὑμεῖς ἐριθεύσετε ὑπὲρ τῦ Απόλλωνος; *Num vos contendetis pro Apolline? Num vos ſervabitis illum*, apollinem? אשר יריב לו ὅσπερ ἐριθεύσοι ὑπὲρ αὐτῦ, *Quisquis contenderit pro illo*, apolline, per filium juſte diruto, *cædatur.* אם אלהים הוא ἐὰν λόγια αὐτός, *ſi numen ille* apollo eſt, ירב לו ἐριθευσάτω ὑπὲρ ἑαυτῦ *contendat pro ſe ipſo, quod diruerit* Gideon *aram ejus*, apollinis.

v. 32. Ex eo tempore vocatus *Gideon* eſt יְרֻבַּעַל *Jerubbaal* ἐριθευέτω ἀπόλλων, *pugnet Apollo*, ex formula parentis Joaſi, Gideonem

ob

ob facinus diruti apollinis purgantem ac defendentem, יָרֻב בּוֹ הַבַּעַל ἐριθυσάτω ὑπὲρ ἑαυτῷ τῷ Απολλων *certet pro se ipso Apollo*, *quod destruxerit Gideon aram ejus*, apollinis.

v. 37. Bello cum hostibus feliciter confecto, imperium quidem in Israelem illi oblatum declinavit, ex amplo tamen & locupleti spolio a victoribus tribulibus ipsi oblato arrogantior factus, ad pristinum rediit idololatricum domesticum cultum, apolline restituto, quando apparari in urbe sua Ophra curavit אֵפֹד ἐφεσρίδα, *trabeam* sacerdotalem pretiosam; synecdoche partis pro toto, totum cultum instituit in sede sua ducali, urbe Ophra, apolline restaurato. Cujus non legitimi sed profani cultus character publicus a scriptore sacro additus, ויזנו כל ישראל אחריו ἀνηχύντησαν ὅλῳ ᾗ πᾶς Ισραηλ παρ' αὐτῷ *irreverenter se gerebant*, immundo cultu idololatrico, universus Israel *coram illo*, idolo, apolline, *istic loci*, in urbe Ophra, ut non Siluntem peterent Israëlitæ sed Ophram, sacra facturi non vero deo sed apollini. Quod apollinei cultus restituti ferale negotium, totam dein Gideonis domum perdidit.

Atque hic restauratus in urbe Ophra Apollo appellatus בעל ברית Απόλλων ὁ Φρεαῖος *Apollo ophræus* vel *ophrensis*, qui per Gideonem in urbe ophra statutus. Non hic charrcter ברית πυθιδόσιος, *fœderis*, sed loci, ophræ, ubi dein cultus. Neque est Απόλλων Βηρύθιος, *Apollo Berythius*, qui coleretur Bery-

thi

thi in Phœnice, ad boream, ſed *ophrenſis* Gideone infelici autore.

Ab obitu Gideonis. *Jud.* 8, 33. de novo, ut antea, univerſus iſraël Apollini addici cœpit, יזנו אחרי הבעלים *ἀνηχύντησαν παρὰ τοῖς Ἀπόλλωσι*, *inverecunde ſe geſſerunt*, immundo vetito cultu idololatrico, *apud Apollines*. ישימו להם בעל ברית לאלהים *ἀνέϛησαν ἑαυτοῖς Ἀπόλλωνα Ὀφραιῶν εἰς λόγια*, *conſtituerunt ſibi Apollinem Ophrenſem pro numine*, in variis oppidis.

Quoniam Gideonis uxor una Sichemitica, natus ex illa *Abimelech* quæſivit in Sichemitas ex cognatione imperium, Sichemitis faventibus. Dederunt igitur illi Sichemitæ æris quandam ſummam ex fano apud ipſos Apollinis, מבית בעל ברית *ἐκ δόματος Ἀπολλωνος Ὀφραίᾳ*, *ex domo*, templo, *Apollinis Ophrenſis*, qui apud illos, Jud. 9. 4.

Tempore judicum Tholæ, Jair, Jud. 10, 6. יעבדו את הבעלים ואת העשתרות *ἐλάτρευσαν τοῖς Ἀπόλλωσι καὶ ταῖς Ἀϛάρταις colebant apollinem & Veneres.* Sub jugo illis per hoſtes immiſſo ſubinde viſi agnoſcere culpam cultus apollinei, *Jud.* 10, 10 *peccavimus*, *dum deſeruimus numen noſtrum*, ונעבר את הבעלים *καὶ ἐλατρεύσαμεν τοῖς Ἀπολλωσι*, *& coluimus Apollines.*

Samuel, judicum poſtremus, & hæc Apollinis faſcina ſubmovit, 1. Sam. 7, 4. *Removerunt iſraëlitæ* את הבעלים ואת העשתרות *τὰς Ἀπόλλωνας καὶ τὰς Ἀϛάρτας*, (*κυθηρίδας*) *apollines & veneres*, & *ſervierunt ſoli deo.*

Sed

Sed, pro more, abſtinentia horaria, donec rediret faſcinum prius, apolline revocato. Donec adverſitas juſſit denuo abjicere apollinem, tanquam inutilem. Samuel, rege creato, in memoriam illis animum idolis addictum revocavit, & fata ſuperiora triſtia ex idolorum cultu orta commemoravit, 1. Sam. 12, 10. Cum ſub prioribus judicibus apollinem & Venerem coleret iſraël, bello orto pœnituit illos cultus apollinis, dicendo, peccavimus, dum deſeruimus deum, ועבר את הבעלים ואת העשתרות καὶ ἐλατρεύσαμεν τοῖς Απολλωσι καὶ ταῖς Ασάρταις, *coluimus apollinem & veneres.*

Poſtquam Salomoidolis iterum locum in ſenio dederat, filius *Rehabeam* ad omnes idolorum ſordes rediit, quas hiſtoricus ſacer generalibus characteribus inſignivit, nullo idolo expreſſe nominato. Veroſimile & Apollinem in his extitiſſe, cum *oraculi* fiat mentio. 1. Reg. 14. 23. *Judæi*, æque ac Iſraelitæ, Rehabeam æque ac Jeroboam, *ſtruxerunt pro ſe* במות ומצבות ואשרים βωμοὺς, καὶ ἐπιστήματα καὶ χρηστήρια, *templa & aras, columnas* idolorum & *oraculorum ſedes, in omnibus altis collibus, & ſub quovis luco denſo.* Etiam קדש μυσαγωγὸς, *erat in Juda, imitati omnem cultum gentium, quas ſubegerat deus pro Iſraëlitarum ſubditis.*

Jeroboam idolis mancipatus totus, idola varia in ſuo ſtatuit regno, in quibus excellerent *Iſes*, עגלים ἀγάλματα, ſimulacra, gene-

rali appellatione. Apollines non invenit, quos Achab per uxorem ſuam dein conſtituit.

Rehabeami in juda filius *Abia*, patris æmulus. Sed tametſi in ejus rebus apollinis cultus diſerte non ſit nominatus, uxor nihilominus Abiæ, regina, Apollinem coluit, a qua formatus eſt aut illius juſſu ſuscitatus מִפֵּ֣לֶצֶת גάβης, *lebes*, pelvis apollinis, unde per Pythoniſſam ederentur oracula. Dicta pelvis illa aut lebes etiam γάσρα, non γαστὴρ, fundus, non venter. Quæ pelvis poſita in fundo ſuggeſti lignei, quem conſcendebat Pythoniſſa, oraculum editura.

Apollinis miniſtri & vates, qui ex lebete oracula darent, per pythoniſſam in tripode illo ligneo, lebete in fundo poſito, dicti ἐγγασρίμυθοι, qui ex fundo ſeu lebete ſeu pelvi oracula darent, ἐν γάσρα μυθῶντες, in lebete aut pelvi loquentes, dicentes, oraculorum magiſtri. Quando Abiæ uxor talem *lebetem* ſtruxit, totum apollinis cultum adornavit, cum tripode illo, in quo profundo lebes.

Filius Abiæ *Aſa*, ab idololatria averſus, reformans regnum, ſuſtulit & lebetem illum ſeu pelvim in apollinis tripode, toto cum cultu. 1. Reg. 15, 11. Aſa removit וקדשים μυσαγωγὰς *initiatores*, pro variis idolorum religionibus וגלולים καὶ ἀνδρικελα, & *ſtatuas humanas*. Maacham etiam matrem removit a regimine, אשר עשתה מפלצת ὅσπερ ἐσκεύασε

τὸν

τὸν λέβητα, *quæ paraverat lebetem*, pelvim, & cum pelvi tripodem apollinis, oraculorum fundum, לאשרה τῷ χρηστηρίῳ *pro oraculo* apollinis, cum tripus & in tripode lebes aut pelvis pars esset primaria cultus apollinei. *Destruxit Asa* את מפלצתה τὸν λέβητα αὐτῆς *lebetem ejus*, pelvim cum tripode, aut ex tripode apollini sacro, pro oraculis ex tripodis lebete dandis, *& combussit lebetem*, sive tripodem apollinis in valle kedron. Quæ repetuntur 2. Ch. 15, 16.

Funestior *historia Achabi* Israëlitarum regis, 1. Reg. 16, 31. יעבד את הבעל ἐλάτρευσε τῷ Απολλωνι, *coluit apollinem*, primum Sidone, unde Isebelem regis Sidoniorum filiam duxerat, dein & Samariæ.

v. 32. ויקם מזבח לבעל κατανέστησε θυσιαστήριον τῷ Απόλλωνι, *statuit aram apollini*, בֵּית הַבַּעַל ἐν δόμῳ Απόλλωνος, *apud domum*, fanum, *apollinis*, *quod exstruxit Samariæ*.

v. 33. ויעש אחאב את האשרה ἐσκέυασε τε Αχαὰβ τὸ χρηστήριον, *struxit etiam Achab oraculum*, locum oraculi in templo aut fano, turpior omnibus antecessoribus. 2. Reg. 18, 18. Elias cultus apollinei in israëlitico regno pertæsus, reprehendit eo nomine Achabum, תלך אחרי הבעלים παρακολουθεῖς τοῖς Απόλλωσι, *tu sectaris apollines*. Jussit, pro zelo contra Apollinis cultum, convocari sacrificulos Apollinis ad montem Carmelum, ad boream Samariæ, את נביאי הבעל τὺς μαντευτὰς τῦ Απόλλωνας *vates Apol-*

Apollinis, *quadringentos & quinquaginta*, ונביאי האשרה *ἢ μαντευτὰς τῦ χρησηϛῦ*, *aut vates oraculi* apollinis *quadringentos*, quos aleret Iſebel. Convocato illuc iſraële, & eo accerſitis *vatibus apollinis*, dixit ſolenni oratione ad populum Elias: *Si deus verum numen* eſt, ſequimini hunc, ואם הבעל לכו אחריו *ἐὰν δὲ ὁ Απόλλων*, *παρακολυθεῖτε αὐτῶ*, *ſi vero Apollo* verum numen eſt, *ſectamini illum*. Tacente populo, pronunciavit Elias: ex veri dei prophetis ego ſuperſum ſolus iſtic loci, ſed נביאי הבעל *μαντευταὶ τῦ Απόλλωνος*, *vates apollinis* ibi præſentes *quadringenti & quinquaginta*. Extructo per Eliam altari pro vero deo, compellavit לנביאי הבעל *τὰς μαντευτὰς τῦ Απόλλωνος*, *vates Apollinis*: *invocate numen veſtrum*, apollinem, pro veſtra ara, ſine admoto igne. Illi ergo *invocarunt* ויקראו בשם הבעל *προσηυξαντο ὀνομασμα τῦ Απόλλωνος*, *nomen Apollinis*, *usque ad meridiem*, dicentes, הבעל עננו *ὦ Απόλλων ἐπάκουσον ἡμῖν*, *o apollo*, *exaudi nos*. Cum fruſtra invocaſſent Apollinem, inter ſannas Eliæ, vanitatem cultus apollinei exprobrantis, ad ſuos ſe vertit, & ſacra vero vivo deo fecit. Quo facto *prehendere* juſſit, v. 40. את נביאי הבעל *τὰς μαντευτὰς τῦ Απόλλωνος vates Apollinis*, & *univerſos cædi*.

1. Reg. 22, 34. יעבר את הבעל וישתחוה לו *ἐλάτρευσε τῶ Απόλλωνι*, *καὶ προσεκύνησεν αὐτῶ*, *coluit Apollinem*, Achab, & *adoravit illum*.

Neque interim omnes in iſraële & ſinguli Apol-

Apollinis cultu fascinati, cum multi vel tacite Mosaico cultui puriori essent addicti, 1.R. 19, 18. *Servabo in Israële*, dicit deus ad Eliam, ne pereant, *septem* seu multa *millia*, *quorumcunque genua non sunt curvata* לבעל ἀπόλλωνι *coram apolline*, & *qui ore suo non sunt exosculati illum*, *apollinem*, veneratione devota.

Joas filius Achabi, parentis fato territus, cultum apollinis Samaritanum delevit, 2.Reg. 3, 2. sustulit את מצבת הבעל τὸ ἐπίσημα τοῦ Ἀπόλλωνος, *statuom Apollinis quam struxerat parens.*

Inter judæorum reges Joram, Josaphati filius, cum duxisset filiam Achabi, eundem Apollinis cultum sectatus est, 2. Reg. 8, 18.

Et *Jehu* Apollineum cultum reliquum extincturus, primum simulavit cultum apollinis, ut sacrificulos apollinis redderet securos, donec in unum templum confluxissent læti, 2. Reg. 10, 18. *Achab*, inquit Jehu ad populum, עָבַד את הבעל ἐλάτρευσε τῷ Ἀπόλλωνι, *coluit apollinem*, *modice*, *Jehu colet illum*, apollinem, *amplius*. *Nunc ergo* כל נביאי הבעל ὅλας καὶ πάντας τοὺς μαντευτὰς τοῦ Ἀπόλλωνος, *universos vates ejus*, *omnes servos ejus & omnes sacerdotes ejus*, apollinis, *vocate ad me*, *ne quisquam desideretur*, *quia saorificium magnum* instituit לבעל τῷ Ἀπόλλωνι *Apollini*; *quotusquisque abfuerit*, *non vivet*. *Iehu veru ita simulabat*, למען האביד את עבדי הבעל ἕνεκεν τοῦ φθεῖρειν τοὺς δούλους τοῦ Ἀπόλλωνος, *ut deleret omnes servos Apollinis.*

v. 20. *Edicebat Jehu*, *Apparetur*, עֲצָרָה πανήγυρις, panegyris, cœtus publicus, celebritate magna לַבָּעַל τῷ Απόλλωνι *Apollini*. *Et convocarunt.* Quando ergo Jehu per totum Iſraëlem nuncios miſerat pro colligendis ſacrificulis Apollinis, *advenerunt* כל עברי הבעל ὅλοι καὶ πάντες δοῦλοι τοῦ Απόλλωνος, *omnes ſervi Apollinis*, neque quisquam abfuit eorum. *Qui convenerunt* בית הבעל εἰς δόμον Απολλωνος *in domum Apollinis*, templum. *ut impleretur* בית הבעל δόμος τοῦ Απόλλωνος *domus apollinis undiquaque.* Juſſit dari *veſtes ſacerdotales omnibus* עברי הבעל δοῦλοις τοῦ Απόλλωνος *ſervis Apollinis*, in templo jam præſentibus. Venit etiam Jehu בית הבעל πρὸς δόμον Απόλλωνος, *ad domum apollinis*, & dixit לעברי הבעל τοῖς δοῦλοις Απόλλωνος, *ſervis illis Apollinis*: circumſpicite curate, ne quis interſit ex cultoribus יהוה ὑπάρχοντος *dei*, כי אם עברי הבעל εἰγε μὴ δοῦλοι τοῦ Απόλλωνος, *niſi ſervi Apollinis tantum*. Sacra proinde ſolennia cum facerent, Jehu cuſtodes circa templum apollinis conſtituit multos, qui caverent, ne quisquam exiret ſacrificulorum apollinis, elapſurus. Cum ſacra ſua abſolviſſet Jehu, imperavit cædere univerſos illos apollinis miniſtros; quod & factum, cadaveribus e templo ejectis. Qua cæde finita, conceſſit Jehu, cum ſuis, in vicinam *urbem*, עיר בית הבעל εἰς ἀγορὰν δόμος Απόλλωνας, *templi apollinis*, ut templa multa extra urbes conſtructa erant. Apparet fuiſſe urbem

bem Galgulida ſub Sichemo, ad occaſum, verſus Antipatridem, qui locus tempore Eliæ & Eliſæ ab idolis infamis.

Extinctis in templo ſacerdotibus & miniſtris apollinis omnibus. יוציאו את מצבות בית הבעל וישרפו *ἐξήγαγον τὰ ἐπισήματα δόμου τῦ Απόλλω-νος, columnas domus Apollinis, & combuſſerunt illam* domum, apollinis fanum. v. 27. *Contuderunt* את מצבת הבעל *τὸ ἐπίσημα τῦ Απόλλω-νος columnam apollinis*, lapideam. & deſtruxerunt את בית הבעל *τὸν δόμον Ἀπόλλωνος, domum*, muros, *apollinis*, templo lam exuſto. Atque ita exſcidit Jehu את הבעל *τὸν Απόλλωνα Apollinem* ex iſraële.

Joſaphat, ex genere Davidis non eſt æmulatus iſraëlitarum reges, in cultu apollinis 2. Chr. 17, 3. לא דרש לבעליהם *οὐδόλως ἐζήτησε τὰς Απόλλωνας, non ſciſcitatus eſt Apollines*, cultum illum averſatus. *Joas*, Achaſiæ judæorum regis filius, a tyrannde matris Ataljæ liberatus puer ſeptem annorum, a Pontifice maximo Jojada clam educatus, ad regnum a Jojada evectus puer, Jojadæ conſilia ſalubria ſemper audivit. Vero itaque Moſaico cultu per Jojadam reſtituto, confluxit populus ad בֵּית־הַבַּעַל *templum apollinis*, deſtruendum, & regnum ab idololatria purgandum, 2. Reg. 1, 18. *& diruerunt aras ejus*, apollinis, *& imagines ejus*, apollinis, *fregerunt penitus*, *& Mattanem* כהן הבעל *ἱερέα τῦ Απόλλωνος, ſacerdotem apollinis*, Pontificem ejus cultus, *occide-*

runt

runt apud aras. 2. Cron. 23, 16. *Josias*, præ ceteris religiosus, regnum in sacris & civilibus reformaturus, templum hierosolymitanum ab idolis expurgavit, ac apollinem cum omni apparatu ejecit, 2. Reg. 23, v. 4. *jussit* ejicere; מוציא יהוה את כל כלים העשוים לבעל ולאשרה ἐκ βασιλικῆς ὑπάρχοντος ὅλατὰ ὅπλα, ἐσκευασμένα τῷ Απόλλωνι, καὶ τῷ χρηστηρίῳ, *ex templo dei omnem supellectilem, apparatam Apollini, & oraculo, & omnibus astris cœli, & combussit illa extra hierosolymam.* Sustulit המקטרים לבעל τὰς ἀνθρακίζοντας τῷ Απόλλωνι, *suffientes Apolloni*, qui pars cultus sacri post victimas. ויצא את האשרה καὶ ἐξήγαγεντὸ χρηστήριον, *efferri quoque jussit ex templo foras oraculum apollinis, & in pulverem comburi & spargi.* Destruxit quoque sedes הקדשים τῶν μυσαγωγῶν, *initiatorum*, qui apollinis & aliorum deorum cultui initiarent devotos, *quæ loca in templo, ubi & feminæ texerent* τάπητας *tapetes* τῷ χρηστηρίῳ *pro oraculo*, pro oraculi loco ornando, ut apud gentes.

Ultimus israëlitarum rex, Hosea ben Ela, pari in Apollinem affectu, 2. Reg. 17, 10. *israëlite constituerunt sibi statuas* ואשרים καὶ χρηστήρια *& oracula*, fana pro oraculis, potissimum Apollinis. v. 16. יעשו אשרה ἐσκέυασαν χρηστήριον, *struxerunt oraculum* apollinis, ויעבדו את הבעל ἐλάτρευσαντῷ Απόλλωνι *coluerunt apollinem.*

Achasjæ judæorum regis uxor *Athalja*, irreligiosissima, ratione cultus Mosaici, a quo abhorreret, in idola propensissima, cultum Mosaicum pessundedit, apollinem surrogavit, passim positum, eique suppellectilem sacram Mosaicam destinavit ac consecravit.

2. Chron. 27, 7. *Athalja improbissima cum filiis suis perruperant domum numinis*, sanctuarium Mosaicum, וגם כל קרשיהוה עשו לבעלים ἅματε ολας καὶ πάσας ἁγιστείας ὑπαρχοντος παρεσκεύασαν τῶις Απόλλωσι, *etiam omnes res sacras dei*, suppellectilem sacram quamcunque, *adaptarunt pro Apollinibus.*

Achas ad Apollinem rediit. 2. Chr. 27, 3. גם מסכות עשה לבעלים ἅμα σηκώματα ἐσκέυασε τοῖς Απόλλωσι, *rtiam sacella fecit apollonibus*, pars pro toto, totum cultum apollinis instituit, cum universo sueto apparatu sacro.

Hiskias, Achasi filius, dum omnem parentis idololatriam repudiavit & disjecit, omnem apollinis quoque rem abolevit, quod generali charactere reformationis notavit autor sacer, 2. Reg. 18, 4. Sustulit במות βωμοὺς, templa & aras idolorum, confregit את המצבות τὰ ἐπισήματα, statuas, *columnas*, & *delevit* את האשרה τὸ χρηστήριον *oraculum*, inprimis Apollinis, quod coluerat parens Hiskiæ Achas. Hiskias proinde Apollini & oraculis ejus adversus, qui fucum illorum nosset, & fugeret, nec a subditis fraudem ferri vellet.

Manasses, Hiskiæ filius, apollinem ab exi-

lio

lio revocavit. 2. Reg. 21, 3. restituit במות βωμοὺς *templa & aras, quæ deleverat Hiskias, &* *constituit* מזבחות לבעל θυσιαστήρια τῷ Ἀπόλλωνι, *aras Apollini,* ויעש אשרה καὶ ἐποίησε χρηστήριον *& paravit oraculum,* locum oraculi apollinis, *sicut fecerat Achab.* Nec cautior ac integrior filius Amon.

Reformationem idololatriæ per Josiam pinxit historicus sacer, 2. Chr. 34, 4. sqq. mundavit judam מן הבמות והאשרים ἀπὸ τῶν βωμῶν καὶ χρηστηρίων, *a magnis idolorum templis & oraculis*, oraculorum fanis, והפסילים καὶ πλασμάτων, *& a sculptilibus*, והמסכות καὶ τῶν σκαφῶν, *& a sacellis*, idolorum minutulis comtis ædiculis. *Destruxerunt illius jussu* את מזבחות הבעלים τὰ θυσιαστήρια τῶν Ἀπολλώνων *aras apollinum*, ואת החמנים אשר למעלה מעליהם גדע καὶ τὰ τεμένη, ὅσα περ ὑπέρτερον μᾶλλον ἢ αὐτα, κατέκοψε, *& lucos, qui altiores*, arboribus suis, *quam illæ*, apollinis aræ, laureta, apollini sacra, והאשרים והפסילים amputari curavit, והמסכות שבר וחדק ויזרוק על פני הקברים והזבחים להם καὶ τὰ χρηστήρια καὶ τὰ πλάσματα, καὶ τὰ σκαφώματα, συνέτριψε, καὶ κατέαξε, καὶ ἐσκόρπισε ὑπὲρ τὰς ὀργὰς τῶν σφαγιασάντων ἐκείνοις, *& oracula*, oraculorum sedes, & *sculptilia*, & *sacella*, quæ super idola, ædiculas in quibus idola posita, *confregit* & *comminuit*, & *sparsit super sepulcra illorum, qui immolaverant illis*, Iosias, apollinis & ceterorum idolorom cultum universum execratus,

Da-

Damnatus ille apollinis cultus a *Moſe* primum, dein & *prophetis*, tum in Peræa, tum in Palæſtina. *Moſes* apollinis Peorenſis cultum graviſſimis ultus eſt ſuppliciis & pœnis, pro longa in Numeris hiſtoria. Sed & diſerta lege apollinis cultu fœdari vetuit.

Lev. 21, 4. לא יטמא בעל בעמיו Μηδόλως ἑαυτὸν ἀτιμαζέτω Απόλλωνι ἐπὶ δήμοις αὐτῦ, τῦ βεβηλῦσθαι αὐτῶ, *nequaquam ſe contaminet* ſacerdos iſraëliticus *Apolline*, apollinis cultu, quoad ſingulas ejus partes, ſive templis, ſive oraculis, ſive ſacrificiis, ſive tripodibus, *in populo ſuo*, in iſraële, vel cultum talem præſtando, vel ferendo ac in iſraële tolerando, diſſimulando, *ad profanandum ſe* cultu apollinis; qui, ut ceterorum idolorum cultus, fœdet, macuiet ac profanet ſacerdotem & ſacerdotium, quod non niſi uni deo ſacrum.

Speciatim fana & oracula apollinis non ſolum interdicta, ſed & ad rudera & cineres damnata ſunt lege diſerta, Exod. 34, 13. את מזבחותם תתצון מצבותם תשברן ואת אשרין תכרותן τὰ θυσιαςήρια αὐτῶν διαςατᾶτε, καὶ ἐπιςήμαλα αὐτῶν συντρίβετε, καὶ τὰ χρηςήρια αὐτῷν καθαιρεῖτε, *Aras eorum evertite*, *columnas eorum* cum idolis impoſitis *confringite*, & *oracula eorum*, oraculorum ſedes & ſacraria, *deſtruite*; in quibus univerſus apollinis cultus, cum toto ejus apparatu. Omnia vetita. Totus exinguendus apollo.

Bileam omnia ſua ſacrificia Apollini fecit, in illis quippe locis, ubi apollo cultus, in Bamot baal, in Beth peor, & vicino Pisga. Unde ille Moſi tam inviſus, quod Balaco Moabitæ & Peræis conſuluiſſet, iſraëlem invitare ad ſua apollinis ſacra, ut apolline pollutus iſrael deum & moſen offenderet, exitio per vetitum apollinem parato. Quod ſeductionis conſilium aliqua ex parte ſucceſſit, ut apollo fieret iſraelis ingens clades, Bileami augurio aſtuto Quod fraulentum Bileami iſraëlitas ad Apollinem pelliciendi conſilium Bileamo per iſraëlem proximum paravit ſupplicium, ut cum Medabenis cæſis cæderetur & Bileamus, conſilii auctor.

In legum moſaicarum compendio, *Deuteronomio*, plus ſimplici vice Apollinis res omnes ſevere prohibitæ.

Deut. 7, 5. *Aras eorum deſtruite, ſtatuas eorum comminuite,* אשריהם תגרעון *καὶ χρηστήρια αὐτῶν ἐκκόπτετε, & oracula eorum exſcindite,* apollinis inprimis res, oraculis celebres.

Deut. 12, 3. *Diruete aras eorum, & confringite ſtatuas eorum,* ואשריהם תשרפון באש *καὶ χρηστήρια αὐτῶν ἐμπυρίζετε ἐπὶ τῷ πυρσῶ & oracula eorum concremate igne,* apollinis rebus everſis.

Deut. 16, 21. לא תטע לך אשרה כל עץ *οὐδὲ λως καθίδρυσον σοι χρηστήριον πηλίκῳ ξύλῳ, non ſtatue, colloca tibi oraculum,* ſacrarium pro oraculo, *qualicunque ligno,* quocunque luco, qualiumcumque arborum, cum huic numini lucus

cus

cus ex hoc arborum genere plantaretur, alteri lucus aliarum arborum,) *apud aram dei numinis tui, quam ſtrues tibi.* Neque vero אֲשֵׁרָה, אֲשֵׁרִים, unquam ſunt *lucus, luci*, ſed ſemper χρήστηριον, χρηστήρια, *oraculum, oracula.* Neque lignum definitum eſt pro materia τῷ אשרה, ſed pro luco apud אשרה, *apud oraculum.* Quod luculenter expreſſum Exod. 34, 13. 1. Reg. 14, 23. Jer. 17, 2. אשרים על כל עץ רענן χρηστήρια παρὰ πηλίκον ξύλον ἐῤῥῳμένον, *oracula*, delubra, *apud qualecunque lignum denſum*, juxta quemcunque lucum arborum denſarum, lucum denſum, opacum, ut laureta erant apollinis.

In prophetis, Micha c. 5, 13. *Deſtruam* אשריך χρηστήριασϑ *oracula* apollinea *tua.*

Eſ. 13, 8. *Non adſpiciet iſrael*, redux האשרים והחמנים τὰ χρηστήρια καὶ τὰ τεμένη, *oracula & lucos*, apollinis.

Eſ. 26, 9. *Non exiſtent* אשרים וחמנים χρηστήρια καὶ τεμένη, *oracula & luci*, apollinis.

Hoſ. 2, 10. *Argentum & aurum, quod dedi,* עשו לבעל παρεσκέυασαν εἰς τὸν Απόλλωνα, *converterunt in apollinem.* v. 15. *Vindicabo in illa* את ימי הבעלים τὰς ἡμέρας τῶν Απολλόνων, *dies apollinum*, quando coluerunt apollines, *quibus ſuffitum facit*, tempore Jeroboami ſecundi, ab Achabi ævo. v. 19. *Tollam* את שמות הבעלים τὰ ὀνομάσματα τῶν Απολλώνων *nomina apollinum ex ore ejus, ne amplius memorent nomina eorum*, in exilio.

Hoſ.

Hoſ.9,10. הֵמָּה בָּאוּ בְּעַל פְּעֹר ἐκεῖνοι ἐφοίτησαν πρὸς Απόλλωνα Πεωρεῖον, *illi commearunt* ex caſtris in Peræa *ad apollinem Peorenſem.* c. 11, 3. לַבְּעָלִים יְזַבֵּחוּ τοῖς απόλλωσι σφαγιάζωσι *Apollinibus immolant, & ſculptilibus ſuffiunt.*

Hoſ.13,1. יֹאשַׁם בְּבַעַל ἠθεμίςησε ἐπὶ τῷ Απολλωνι *deliquit in Apolline,* & *mortuus eſt iſraël* per apollinem, exilio.

Zeph. 1, 4. *Delebo ex hoc loco* אֵת שְׁאֵר הַבַּעַל τὸ χρηςήριον τῦ ἀπόλλωνος *oraculum Apollinis.*

Jer. 2, 8. הַנְּבִיאִים נִבְּאוּ בַּבַּעַל οἱ προφῆται προφητέυωσι ἐπὶ τῷ ἀπόλλωνι, *prophetæ,* quales inter judæos videri volebant, *prædicunt per Apollinem.*

Cap. 7, 9. 11, 13. 17. קְטֹר לַבַּעַל ἀνθρακίζειν τῷ Απόλλωνι, *ſuffire Apollini.*

Cap. 12, 16. הִשָּׁבַע בַּבַּעַל πιςώσαθαι ἐπὶ τῷ Απόλλωνι, *jurare per Apollinem.*

Cap. 19, 5. בָּנוּ אֶת בָּמוֹת הַבַּעַל לִשְׂרֹף אֶת בְּנֵיהֶם בָּאֵשׁ עֹלוֹת לַבַּעַל τεχνιτέυωσι τὰς βαμὰς τῦ Απόλλωνος, τῦ ἐμπυρίζειν τὰς παῖδας αὐτῶν ἐπὶ τῷ πυρσῷ ὁλόκαυςα, κατὰ τὸν Απόλλωνα, *faciunt altaria Apollini,* (in valle Hinnom,) *ad cremandum* (Molocho) *filios ſuos igne holocauſta, juxta Apollinem,* pro apollinis effato & oraculo de cremandis liberis vicino Herculi.

Jer. 17, 2. אֲשֵׁרֵיהֶם עַל עֵץ רַעֲנָן χρηςήρια αὐτῶν παραξύλου ἐρρωμένου, *oracula eorum* apollinea *apud arborem denſam,* lucum opacum.

Jer. 23, 19. הַנִּבְּאִים בַּבַּעַל μαντεύονται ἐπὶ τῷ Απόλλωνι *vaticinantur per Apollinem.*

Jer.

Jer. 23, 27. *Oblivioni dederunt majores eorum nomen meum* בבעל ἐπὶ τῷ Απόλλωνι *per Apollinem*, quem ſurrogarunt pro vero deo.

Jer. 32, 29. *Chaldæi deſtruent domos*, אשר קטרו על גגתיהם לבעל ὡς ἀρα ἠνθράκισαν ὑπὲρ τῶν στεγῶν αὐτῶν τῷ Απόλλωνι *quando ſuffiverunt in tectis illarum* domorum *Apollini.*

v. 35. יבנו את במות הבעל ἐτεχνίτευσαν τὰς βωμὰς τῷ Απόλλωνος *ſtruxerunt altaria Apollinis, quæ in valle ben Hinnom*, ubi & aræ molochi, להעביר τῷ πρήθειν *ad comburendum, juxta oracula apollinis, filios veſtros & filias veſtras Molocho*, Herculi; ut Apollo ediceret oraculo, cremari debere liberos illos vicino in eadem valle Herculi.

Neque ſilent ſcriptores ſacri *tripodes Apollinis*, partem cultus & oraculorum. De *pelvi in tripode*, ſuperius, nunc & de tripode ipſo. Erant autem tripodes apollinis duorum generum; unus tripus major, ligneus, altus, ſuggeſtus tribus fulcris incumbens, in quem pythoniſſa ſcanderet, indeque poſtquam in pelvi nonnihil ſederat, pronunciaret quæ promulganda. Alterum genus tripodum minorum, vel fictilium, vel æneorum, vel aureorum; quales tripodes minores inſervirent ſortibus in illorum fundo miſcendis aut exinde producendis. Et hi tropides minores pro pretio ac munere, vel in honorem apollinis, apollini a quærentibus donati, vel ab apolline aliis oblati.

His tripodibus datum in ſacris codicibus nomen תְּרָפִים quod eſt τρίποδες. Hoc quidem תרפים τρίπόδιον *tripodum* nomen, cum ſit generale & domeſticum in ſe, etiam in ſacris hiſtoriis ſuo loco tribuitur ſupellectili domeſticæ *vaſorum cum tribus pedibus*, ut eſt culinaris ſupellex frequens. Quo uſu in hiſtoria Davidis, 1. Sam. 19, 13. 16. poſiti fuiſſe dicuntur tripodes apud lectum davidis, quaſi eſſet æger, cui juscula in tripodibus aut medicina exhibenda. Cum David a Saule ad necem quæreretur, Michal, Davide per cancellos ad fugam dimiſſo, ſimulavit Davidem ægrum, qui præ ægritudine ad Saulum venire non poſſet. Ut ſimularet non ſine colore, in lecto in cervicalibus loco capitis ægri decumbentis poſuit כביר העזים βόςξυγα τῶν αἰγῶν *cincinnum*, cincinnos, *caprinos*, qui capillos ægri Davidis fingerent obiter inſpicienti. Ante lectum vero ſtatuit τρίποδας, *tripodes*, vaſa pro juſculis, pro ægro. ותקח את התרפים ותשם אל המטה κατελαβε Μιχὰλ τὰς τρίποδας καὶ ἐθημάτισε παρὰ τὸ δέμνιον *accepit Michal tripodes*, vaſa culinaria trium pedum, & *poſuit apud lectum*, in menſa, vel pavimento, pro fallendo ſpectatore, ſi Saul eo mitteret nuncios. Cumque venirent hi, והנה התרפים אל המטה καὶ ἰδοὺ οἱ τρίποδες παρὰ τὸ δέμνιον, *tripodes* ex culina *apud lectum*, deprehenſaque fraus Michalis.

Tripodes culinares ænei, foco imponendi & impoſiti, *Homero* jam olim cantati, ut vetuſtum ſiſtamus autorem. Iliad. I. 18. Achilles in-

injunxit ſociis ἀμφὶ πυρὶ σῆναι τρίποδα μέγαν, *ad ignem ſtatuere tripodem magnum*, pro aqua calefacienda, ad Patrocli vulnera abluenda. Quod executi illi

οἱ δὲ λοετροχόον τρίποδ' ἔσησαν ἐν πυρὶ κηλέῳ
Hi aptum ad lavacra tripodem ſtatuerunt in ignem ardentem.

Poſtquam aquam infuderunt, & ligna accenderunt, cœpit ignis tripodem calefacere,

γάσρην μὲν τρίποδος πῦρ ἄμφεπε
fundum tripodis ignis ambibat.

Idem l. c. Vulcani celebrat artificium, qui tripodes fabricarit, qui rotulis ſuppoſitis ſe ſponte moverent, αὐτόματα.

τρίποδας γὰρ ἐείκοσι πάντας ἔτευχεν
ἑσάμεναι περὶ τοῖχον ἐυσαθέος μεγάροιο.
tripodes viginti fabricabat
ut ſtarent ad parietem bene ædificatæ domus,
aureas autem ipſis rotulas unicnique fundo ſuppoſuerat,
ut & ſponte ſua divinum ingrediantur cœna exolum
ac rurſus iterum domum redeant, mirabile viſu.

Iliad. l. 23. Agamemnon imperavit pari conſilio & ſcopo

ἀμφὶ πυρὶ σῆναι τρίποδα μέγαν
ad ignem ſtatuere tripodem magnum,
pro aqua calefacienda ad cruorem abluendum.

Ibid. Achilles ſtatuit ingentem tripodem pro præmio:

τρίποδ' ὠτώεντα δύο καὶ εἰκοσιμέτρον
tripodem anſatum duarum & viginti menſurarum.

De *tripodibus apollineis*, æneis, aureis, fictilibus, etiam ligneis, sive in cultu apollinis, sive in dedicationibus, sive præmiis victorum in ludis, *Pansanias* copiosus. Nobis hic non est animus, commentariorum veterum & recentiorum conjecturas, opiniones, traditiones, fabellas, de *traphim*, in sacris voluminibus memoratis, congerere, ac instar scrobis cumulare. Qui superiori seculo de diis Syris hebræorumque egerunt, vastis etiam voluminibus, non nisi somnia majorum recensuerunt. Nobis abunde sufficit, dissimulatis illis. etiam quæ novissime Calmetus congessit, & originem vocis & rei, usumque in cultu apollinis in tripodibus demonstrasse, græca historia prælucente. In lecto davidis uxoris Michalæ artem, in icunculis non quæsivissent interpretes, si græci oris fuissent memores, quibus *tripodes* pro supellectili domestica, etiam apud ægros, ante lectum.

In cultu ergo apollinis *tripodum* vox est religionis instrumentum, pro similitudine quadam tripodis domestici, ut ex græcis autoribus universis abunde constat.

Tales pro apollinis oraculis & sortibus *tripodes* minuti, iique aurei, in Lăbanis aramæi existebant ædibus, sub Libano, in urbe *Epicæro*, חַוְרָן *chavran*, haud longe a fontibus jordanis, sub Damasco. Gen. 31, 19. ותגנב רחל את התרפים ἔκλεψε ραχὴλ τὰς τερίποδας, *furata est Rachel tripodes* apollinis, *qui erant patris ejus*, pro sortibus. v. 34. 35. *Rachel* לקחה את התרפים

κατέ-

κατέλαβεν τὰς τρίποδας, *acceperat tripodes illos* apollinis aureos, *& posuerat illos* בכר הגמל ἐπ' ἀχύρω τῆς καμήλου, *inter paleam cameli*, im futterſack, *& conſedit ſuper illos tripodes*, qui in palea, cameli pabulo. Nec invenit Laban את התרפים τὰς τρίποδας, *tripodes* Apollinis. Tam antiquus, ante Abrahami tempora, in oriente Apollinis cultus, in media Syria, aramæa, Palæſtina.

Par ratio ſacrorum *Michæ*, tempore judicum, *Jud.* 17. Michæ mater deſtinaverat certum æs deo, v. 3. nihilominus æs convertendum in cultum apollinis, לעשות פסל ומסכה τῷ σκευάζειν πλάσμα καὶ σήκωμα, *ad apparandum ſimulacrum, & ſacellum*, in quo idolum illud ſtatuendum.

v. 4. Dedit ergo mater æs aurifabro, ויעשהו פסל ומסכה ὃς ἐσκέυασεν αὐτὸ εις πλάσμα καὶ σήκωμα, *qui illud convertit in ſimularum & ſacellum*, in domo Michæ. *Fecitque Micha*, confici curavit, אפר ותרפים ἐφεσρίδα, καὶ τρίποδας, *trabeam* ſacerdotalem, veſtes ſacerdotales, *& tripodes* apollinis pro ſortibus.

Jud. 18, 14. Cum Danitæ, in itinere ſuo verſus Daphnas, ad jordanis principia, ad lacum Semechoniticum, ex Danitide ſua avita pervenirent in Ephraimitin ad urbem ſedemque Michæ, conſilium ceperunt de cultu Michae ſurripiendo, Apolline per furtum inde auferendo. *Scitis*, dicebant inter ſe, *hic loci exiſtere* אפר ותרפים ופסל ומסכה ἐφεσρίδα καὶ τρίποδας, καὶ πλάσμα καὶ σήκωμα, *trabeam*,

cum reliquis veſtibus ſacerdotalibus, & *tripodes* apollinis, & *ſimulacrum* apollinis, & *ſacellum*, ſub quo imago illa apollinis locata.

v. 17. Quinque viri ex illa Danitarum turma לקחו את הפסל ואת האפד ואת התרפים ואת המסכה κατέλαβον τὸ πλᾶσμα, καὶ τὴν ἐφεσρίδα, καὶ τὰς τρίποδας, καὶ τὸ σήκωμα, *abſtulerunt ſculptile*, apollinem ſculptum, & *trabeam* ſacerdotalis cultus, & *tripodes* apollinis, & *ſacellum*, in quo Apollinis imago.

v. 18. *Quando illi ingreſſi ſunt domum, ut ſurriperent* את פסל האפד ואת התרפים ואת המסכה τὸ πλᾶσμα, ἐφεσρίδα, καὶ τὰς τρίποδας καὶ τὸ σήκωμα, *ſculptile*, apollinem, *trabeam*, *tripodes* & *ſacellum*, tunc illos compellavit ſacerdos apollinis domeſticus, illis reſtituturus. Sed fruſtra, cum ipſe eſſet futurus comes.

v. 30. *Sumſit ergo ſacerdos* iſte את האפד ואת התרפים ואת הפסל τὴν ἐφεσρίδα, καὶ τὰς τρίποδας, καὶ τὸ πλᾶσμα, *trabeam*, *tripodes*, & *ſimulacrum* apollinis, & cum Danitis abiit Daphnas. v. 30. Sic apollo ſtatutus eſt Daphnis, ad Jordanem parvum, ad lacum Semechoniticum.

Joſias, 2. Reg. 23, 24. cum idola exſtirparet, & apollinis cultum ex Judæa eliminavit, tripodibus abjectis. וגם את האובות ואת הידעונים ואת התרפים ואת הגללולים ואת כל השקוצים ἅμα τὰς ὀμφὰς, καὶ τὰς ἐγγασριμύθους, καὶ τὰς τρίποδας, καὶ τὰ ἀνδρείκελα, καὶ ὅλα τὰ συγήματα, *oracula*, & *ex pelvi vates* & *tripodes*, & *ſimulacra humana*, ut apollinis, & *omnia odioſa exuſſit Joſias.*

Zach.

Zach.10,2. התרפים דברו און ὁι τρίποδες φράζουσι πόνον, *tripodes pronunciant miſeriam*, apollinis oracula calamitatis exordia.

In apollinis cultu celebres ידעונים ἐγγαστρίμυθοι dicti, ut ſupra monitum, qui in γάστρα *fundo* ſeu *pelvi* ſederent, & *oracula* acciperent. Chaldæorum ore גזרין ἐγγαστριμύθοι, *ex pelvi oracula fundentes*.

Ex his apollinei cultus luculentis quoad varium apparatum circumſtantiis, appareat, *apollinem* quoque dictum eſſe in medio oriente אוב, qui eſt ſuetus apud omnes græcos apollinis character πύθιος, *Pythius*. Unde אוב eſt interpretibus plerisque πύθων *Python*, ſpiritus apollinis. Qui apollinis Pythii character refert Delphorum fata avita, in gente ſua in Parnaſſo formanda. Quando priſcum nomen urbis fuit πυθών, hinc delphinii cum civibus urbis Pythonis dimicantes & victores dicti ſunt cum ſerpente vel dracone pugnaſſe, & ſuperiores evaſiſſe, cum πύθων dicatur *ſerpens*.

Ex hac urbis veteris expugnatione nomen Delphis contigit in imagine ſuæ urbis, in Apolline, ut diceretur *Apollo Pythius*, quod veterem urbem Pythonen expugnaſſent Delphi. Unde femina πύθια *Pythia*, vel *Pythoniſſa*, quæ oracula ederet, & πύθια ludi *Pythii*, in honorem & memoriam urbis Pythonis expugnatæ, & πύθιον *templum apollinis*. Hinc videatur pronum, אוב eſſe πύθονα, *ſpiritum apollinis*. Sed græcis priscis autoribus πυθῶνα illo ſenſu

fuiſſe uſurpatum forte non æque expeditum. Par apollinis alterum epitheton Φοῖβος, *phœbus*, *fatidicus*. Sed ab his, etſi maxima ſpecie, non prodiiſſe אוב, ex ſcopo vocis conjiciatur. Quin potius ὄμφη, *vox divina*, *reſponſum divinum*, *oraculum*, dedit orienti אוב. Erat cultus Apollinis genuina indoles, in illa ſuperſtitione, ὀμφὴ, *oraculum*. Ab ὀμφῇ eſt ὀμφήεις & ὀμφητὴς, *fatidicus*, *vates*.

Lev. 19, 31. אל תפנו אל האבות πνεύματα ἐγνεύετε πρὸς τὰς ὀμφὰς, *non vertite vos ad oracula* apollinis, ואל הידעונים ἢ πρὸς ἐγγαστριμύθους, *aut qui ex pelvi* tripodis *dicunt* Lev. 20, 6.

Lev. 20, 27. *Vir aut femina*, *apud quos fuerit* אוב ὀμφὴ *oraculum*, quale Apollinis, או ידעני, ἢ ἐγγαστρίμυθος *aut ſit ex pelvi*, ex tripode, *loquens*, *omnino cædantur*.

Deut. 18, 11. שאל אוב וידעוני συναλλάττων τῇ ὀμφῇ ἢ ἐγγαστριμύθῳ, *qui quærit oraculum*, *aut ex tripode dicentem*. 1, Sam. 28, 3. *Saul ſubmoverat* את האבות ואת הידעונים τὰς ὀμφὰς ἢ τοὺς ἐγγαστριμύθους, *oracula*, & *ex pelvi dicentes*. Imminente bello, *injunxit ſervis ſuis quærere* אשת בעלת אוב θῆλυν ἐιλαφυῖαν ὀμφὴν, *feminam*, *quæ haberet oraculum*. Qualem indicarunt illi, הנה אשת בעלת אוב בעין דיר Ἠνὶ, θῆλυς, ἐιλαφυῖα ὀμφὴν ἐπὶ ἐνδωρῷ, *femina eſt quæ habeat oraculum in Endor*, ad campum magnum, haud longe a loco aciei. Cum inviſiſſet Saul illam, dixit: קוסמי נא לי באוב χρησμώδησον τοινῦν μοι ἐπὶ τῇ ὀμφῇ, *vaticinare obſecro mihi per oraculum*. Illa de Saule; הסרית הידעוני

את האובות ואת הידעוני ἐξεπορθησε τὰς ὀμφὰς καὶ τον ἐγγαστρίμυθον, *delevit oracula & ex pelvi respondentem.* 1. Chron. 10, 13. Saul graviter peccavit in deum, ſciscitando oracula Apollinis, לשאול באוב לדרוש τῶ συσναλλατειν τῆ ὀμφῆ, τῦ ἰσορεῖν, *quærendo oracului, ad ſciscitandum.* *Manaſſes* ejusdem ſuperſtitionis, 2. R. 21, 6. עשה אוב וידעונים ἐσκεύασεν ὀμφὴν καὶ ἐγγαστριμύθους *apparavit oraculum & in pelvi loquentes.* 2. Chr. 33, 6.

Exprobat & Eſaias hunc oraculorum uſum judæis, cap. 8, 19. דרשו אל האובות ואל הידעוני ἰσορεῖτε παρὰταῖς ὀμφαῖς καὶ παράτοῖς ἐγγαστριμυθοις, *ſciſcitamini apud oracula & apud illos qui in pelvi loquuntur*, המצפצפים והמהגים τοῖς ἐπισευθσι καὶ ἠχθσι, *ingemiſcentes & ſtrepentes*, in pelvi apollinis in tripode ſedentes, antequam aſſiliant & oraculum promant ac pronuntient, ut moris erat apud pythoniſſas oraculum edituras.

